~~Deliti~~

Deliciæ Germaniæ

DELICIARVM GERMANIAE,

TAM SVPERIORIS QVAM INFERIORIS, INDEX: SIMVL ET VIATORIus,

indicans itinera ex Augusta Vindel. ad omnes ciuitates & oppida, tam in Superiori quàm in Inferiori Germania, nec non ad præcipuas vrbes Daniæ, Norwegiæ, Sueciæ, Prussiæ, Liuoniæ, Moscouiæ, Poloniæ & Hungariæ; Item, Constantinopolim, Niceam, Anciram & Amasiam, Prusam, Acharam, Iconium, Heracleam, Adenam, Halepum, &c. vsque Damascum, Capharnaum, Nazareth, Hierosolymas, Gazaram, & Cairum.

Ciuitatum oppidorumque nomina, eorumque à se inuicem distantia, non tantum notatur, sed quid in ipsorum vnoquoque, vel antiquitate suspiciendum, vel natura arteve rarum præclarumque reperiatur, haud subticetur



COLONIAE,
Apud VVilhelmum Lutzenkirchen;
Anno M. DC. VIIII.

ILLVSTRI ET CLARISSIMO VIRO, D. STROZZIO CICONIAE, VICENTINO, LL. DOctori, omnis tam Sacræ quàm prophanæ eruditionis scientissimo, polyhistori, &c. Domino suo omni obseruantia colendo.

SApientem illum suũ, Vlyssem, commendaturus sapientię parens Homerus, hoc elogiũ ei tribuit, quod multorum hominũ mores & vrbes viderit. Et sanè ita res habet. Vt vina quędam & fructus in alias regiones translati, dulciores fiũt & meliores; ita hominis animus peregrinatione subactus, ad humanitatẽ magis excolitur atq; informatur. Hinc multi sapiẽtissimi peregrinas terras adierũt. quibus verò pedibus obire iter ne-

ILLVSTRI ET CLARISSIMO VIRO, D. STROZZIO CICONIAE, VICENTINO, LL. DOctori, omnis tam Sacræ quàm prophanæ eruditionis scientissimo, polyhistori, &c. Domino suo omni obseruantia colendo.

SApientem illum suũ, Vlyssem, commendaturus sapientię parens Homerus, hoc elogiũ ei tribuit, quod multorum hominũ mores & vrbes viderit. Et sanè ita res habet. Vt vina quędam & fructus in alias regiones translati, dulciores fiũt & meliores; ita hominis animus peregrinatione subactus, ad humanitatẽ magis excolitur atq; informatur. Hinc multi sapiẽtissimi peregrinas terras adierũt. quibus verò pedibus obire iter

negatum, pictum in tabula mundũ edidicerunt. Et merito. Quid enim indignius quàm ciuem suæ ciuitatis vias, aut domesticum ædium quas colit aditus ignorare? Atqui omnes Cosmopolitæ sumus. Mundus iste nostra est Ciuitas, magna (vt est apud Varronẽ) homulli domus. Etsi verò mundi vniuersi partes, nemo sapiens potest, certè non debet ignorare: eidem tamen turpissimum fuerit, vel in patria in qua natus est, vel in regione quã incolit, velut hospitẽ oberrare. Verùm quum ipsa peregrinatio multas habeat difficultates; nõ inutilis cẽsendus est eorũ labor, qui partim à se, partim ab alijs visa, scriptis cõsignarunt. Ex quo genere hic libellus est in quo nõ primariæ tãtum Germaniȩ vrbes; sed quidquid etiam in ijs visu dignum, accuratè describitur;

tum locorum diſtantię & itinera indicantur: vt & ipſis peregrinantibus vſui, & cęteris domi deſidentibus delectationi eſſe poſſit. Hunc caſtigatum à me & in hanc formam redactum, tuo nomine, *Vir clariſs.* inſcribere volui: vt animi mei in te affectum publico hoc teſtimonio declararem, qui quum antea multiplicem tuam eruditionem admiraretur tantum, nunc etiam humanitatem tuam amat atque exoſculatur, poſtquam hoc quicquid illud fuit laboris, quod in vertenda prima illa Theatri tui parte ſuſceperam, tam gratam atque acceptam habuiſti, vt ex humaniſſimè tuis ad me ſcriptis literis intellexi. Suſcipe igitur hunc libellum non tamquam animi mei arrham atque pignus, ſed etiam vt eius quod reſtat, ſollicitatorem;

atque effice vt tuis teipſum propediem operibus ornemus. Vale, vir *Illuſtris & Clariſsime*; & ſi minus gratus hic tibi noſter fuit conatus, ſaltim ignoſce. Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.IX.

Illuſtri tuæ Dominat.
addictus cliens
Gaſpar Ens L.

CAN-

CANDIDE
LECTOR

GERMANIAM CORNELIVS TACITVS, informem terris esse inquit, asperam cœlo, tristem cultu aspectuq;, ac in vniuersum aut syluis horridam, aut paludibus infœcundam; humidiorem qua Gallias, ventosiorem qua Noricum ac Pannoniam aspicit, frugiferarum arborum & omnis culturæ impatientem; sterilem, pecorum tamen fœcundam, sed plerumque improcerorum; Auro atque Argento immunem, & propterea vilem despectamq; ab omnibus, &c. At ea hodie adeo est amœna, adeo pulchris nitidißimisq; vrbibus, castris ac pagis exornata & culta, vt non ITALIAE, non HISPANIAE ipsa cedat; Cœlum satis clemens habet, agrorum campiq; fertilitatem optandam; Sunt colles aprici; sunt nemora opaca, viniferi montes: Mille hic hortorum ac villarum deliciæ; nulla viridaria Pomariave, nullæ consitiones, nulla Tempe, nulla Vineta desiderantur. Solum ipsum hordeo, Tritico, Siligine, Farre, Milio, Auena ac omni frumentorum, leguminum atque obsoniorum genere ferax; campi vberes, prata læta; Sunt magna flumina, limpidißimi amnes: Mineræ Salis plurimæ, Thermæ salubres, aquas calentes paßim producente natura. Non Argenti, non Margaritarum tandem hic incognitus est vsus. Vniuersa & GALLIA & HISPANIA & ITALIA, argentum ex GERMANO negociatone ferè omne habuit, priusquam ad INDIAS nauigatio aperta esset: Me-

† 4 tallo-

tallorum ita omne genus habet, vt nec Auro sit priuata, huius autem iam inuestigatis Mineris eo infœlicior Germania censenda, quod miseros homines, iam in terræ viscera Auri sitis intruserit: hic nulla non literarum cognitio legumve disciplina, nulla non bonarum artium studia florent. Videat ergo Tacitus, quàm verè Germaniam omnis naturæ impatientem & sterilem dixerit. Eius enim cultura & ornatus, cæteris prouinciis, si non anteferri, certè æquari potest, quod ex tot centenis insignibus vrbibus pagis & castris, quibus hodie GERMANIA *nostra abundat, satis patet, quas omnes hoc* INDICE VIATORIO *complecti, & quid in eorum singulis rarum visuq; dignum sit, visum.*

IN-

INDEX ITINERVM PRIMAE PARTIS indicis Delitiarum & Viatorij Germaniæ superioris & inferioris.

INDEX ITINERVM SECVNDAE PARTIS.

Na-

Gel.

Casse-

Lun-

VAECVNQVE vrbes Augustæ à populis cognomina accepere, quemadmodum Taurinorum, Veromanduorum, Rauricorum, multis prętereа, imprimis Vindelicorum aut Rętorum Augustæ accidit, istorum eæ populorũ principes fuere & capita, vti Aeduorum Augustodunũ appellat Tacitus. Memorabile vero est, ex innumeris prope huius ordinis, quarum splendore plerasque prouincias Octauianus illustrauit, vnam Vindelicorũ superesse, quæ nomen non mutauerit, & coloniæ dignitatem post tot seculorum ætates adhuc tueatur: cum reliquæ quotquot fuere, omnes aut perierint funditus, aut nomine aut libertate aut vtraque re multatę fuerint. Visu digna Augustę Vindelicorum sunt Armamentaria duo instructissima, in separatis & distinctis locis: Aquęductus publicus (vulgo die Wasserkunst oder Wasser Thurn) quo aqua salubris & limpidissima, tanta copia deducitur, per canales adeo capaces, vt in ipsum Castellum siue Receptaculum Aper & Dama delata sint. Aqua singulari artificio, in fastigium altæ Turris propellitur, atque inde per minores Canales, recta mensura in loca publica, priuatorum quoq; qui eam sibi cõpararunt ædes dirigitur. Fontes hic tres lõge pulcherrimi, ex marmore candidissimo: in vno statua est ænea Augusti Imp. in altero Herculis; in tertio Mercurij. Prope Curiam loco (qui hodie der Berler dicitur) depicta est, rudi Mineruа cædes Legionum Varronis, quem Verrem nominant, de qua hic legitur: A *Indi-*

Indicat hic collis, Romanam nomine cladem,
Martia, qua legio, tota simul periit.

Ipsa Curia olim Cybeles templum fuisse perhibetur: iuxta eam est turris Badina vulgo der Inlaß/ certus est in vrbem introitus, mira arte & ingenio factus: constat ex ponte Silicibus strato, pensili fere, nullisque columnis suffulto, fornicis ad instar; per portas itur quatuor, quarum singulæ, certo pondere, artificio & facili ductu (dirigente ea Ianitore in superiore domus contignatione) ordine aperiũtur, & rursus occluduntur: Aiunt factum esse commoditati Maximiliani primi Imp. ne noctu portus orbis aperiri necesse esset: hodie seruit commoditati cuiusuis qui nocturno tempore vrbem ingredi cupit, dependo exiguo Isagogico in Bibliotheca Senatus, quæ est in schola D. Annæ, præter libros impressos optimorũ authorũ, est magna copia scriptorum librorum antiquissimorũ vtriusq; linguæ: Iesuitarum collegiũ amplum est & capax; sicut & vicinum templum splendide admodũ exornatum, ex munificentia potissimum Dominorũ Fuggerorum: Eorundẽ pallatia magnifica: hic Nosocomiũ est insigne, idemq; Gerontocomiũ, in quo valetudinarij & senes vtriusq; sexus, distinctis inhabitatiunculis siue cubiculis honeste, dum viuunt tractãtur, ære vt plurimum publico. Templa hic complura pulchritudine & antiquitate spectabilia, quę inter primaria censentur tria Iesuitarum: Cathedrale, vbi ex suprema Chori parte suspensum videtur vexillum Caroli V. Imp. eiusdemq; inibi repositus est gladius. Sceptrum & Corona aurea: Templũ D. Vdalrici, cuius ibi est sepulchrũ, ex quo terra, quæ

depro-

depromitur, prædita est vi facultateq; pellendi glires vt prædicant. Hac in æde monumenta sunt nobilis familiæ Fuggerorum, Chorus marmoreus, sepulchrum Christi ad Hierosolimitani modum exstructum; Thurris huius fani alta est ex eaq; in vniuersam vrbẽ elegans patet prospectus: die Fuggerey vulgo dictus locus in media vrbe, ad instar oppidũli exstructus, sumptibus Fuggerorum, qui domunculas inibi pauperioribus opificibus vili precio locare consueuerunt. Horti eorundem Fuggerorum extra vrbem fontibus artificiosissimis, item Viuarijs auium pisciumque, & non vnius generis Herbis exoticis ornatissimi sunt, in quorum palatijs videntur cornua ceruorum miræ magnitudinis, & ad instar ramorũ arboris multiplicata. Sita est Augusta Vindelicorum in fertili & amœna planicie ad Lycum fluuium, diues populo, & rebus omnibus abundans, & frequentibus Imperij comitijs celeberrima.

ITER AVGVSTA VINDELICORVM, FRISINGAM, LANDSHVTVM, PASSAVIAM, ET LENTIAM.

o Fridberg 1. Par ½. Herezel 1. Zeidlbach 1
o Inderstorff 1. Camervverg ½. Crãtzperg 1. Freising 1
Simul 7.

FRISINGA olim Fruxinũ vulgo Freising ciuitas Episcopalis Bauariæ condita putatur ex tẽpore quando Romam per Præfectos & Prçsides tenebant & administrabant eam Bauariæ regionem, quæ à Danubij ripa transcurrit ad Alpes.

Siquidem habet locus iste elegantem & amœnum in colle situm, etiamsi vicinus ager, iuxta terræ illius ingenium, asper sit. Præterfluit eam Mosacus amnis, qui haud procul hinc Isaræ miscetur. Scribit B. Rhenanus in Bibliotheca D. Corbiniani se reperisse librum insignem Euangeliorum Francicè id est, Germanicè scriptum, ex eoque colligit veteres Francos qui transito Rheno, nobile in Gallia regnũ constituerunt, Germanica vsos fuisse lingua

o *Moszburg* 3. *Ebing* 1½. o *Landshut* 1½

Simul 6.

LANDSHVTVM, vulgo Landshut vrbẽ celeberrimam & primariæ dignitatis in Bauaria inferiore, Isarus amnis, quemadmodum amœnus, ita pisculentus & rapidus pręterlabitur, magno incolarum cõmodo & emolumento. Condidisse Landshutum anno partæ salutis 1208. Ludouicus Dux Bauariæ putatur. Alij arcem illic à Ludouico Ottonis filio, salutis anno 1178. auspicatam referunt, & anno 1200. vrbem hanc muro inuestitam fuisse. Eius ager, non solum magna varietate Pomonæ, & pręstantissimo Liberi patris liquore, atq; beatæ Cereris fruge, sed & pinguissimo & vberrimo Palis mũnere luxuriat. Vrbs ipsa ædificijs admodum venustis & elegantibus nitet, inter quæ principem locũ obtinet summa vrbis Ecclesia, quæ artificiosa structura, & viuo lapide visenda, stupendaq; altitudinis Turre conspicua est. Magnificum in inferiore vrbis parte videtur Alberti Ducis Palatium, nouũ vulgo ædificium vocatur, structura elegantissima, affabrè Italica Architecturæ symmetria scitè subtiliterque, ad decus & ornamẽtum vniuersæ vrbis exci-

excitatum. Ei plurimũ ornamenti confert Hortus, Gallicorum Hortulanorum inuentione ac opera consitus, qui exoticis generosissimarum arborum fructibus, herbis etiam peregrinis, plantis ac floribus ex Italia, Hispania, Gallia allatis; Areolis, Labyrinthis, Operibus Topiarijs, Florum ac fructuũ varietate nitentibus, mira industria distinctus, cõspicitur. Sepimenta sunt varijs ex arbusculis contexta & reticulata, multisq; florum generibus, Aulæorum instar variè vestita, rubentibus semper pomis Cotonicis, Mespilis, peregrinisque fructibus grauia. Quin etiam artificiosissimis statuarum, & picturarum figuris, magna cum voluptate passim exornatus hic hortus cernitur. Nec odoris etiam suauissima fragrantia deest, quam passim abundantiam Romanę, Camillę, Basilicæ, Lauri, Myrti, Rosmarini, Florum atq; Rosarum, & eiusmodi herbarum, ex se fundit natura. Incredibilis deniq; istius horti amœnitas, decor, elegantia, adde etiam vtilitas, omnem orationis fidem excedere videtur.

	Tronthausen	3	o *Sympach*	2	*Samesch*	1
q	*Allerspach*	2	o *Ortenburg*	1½	o *Passavv*	2
					Simul	11½

PASSAVIA vulgo Passavv, vrbs est pulchra Episcopatu insignis & mercimonijs opulenta. Passauiam appellant à transitu vulgari Italico potius, quam latino vocabulo, quod vndequaque propter trium fluuiorum concursum, merces ibi plurimæ transuehantur. Nam Oenus ex Alpibus à meridie profluens, & partem vrbis secans, Danubio ibidem miscetur, sicut ex altera ripa VVigerquem & Ilicium vocant, à Septentrione proueniens, ex Hercinij

saltus paludibus ac montibus; Hunc in fuscis suis aquis, etiam Vniones proferre tradunt. Quidam hanc vrbem olim Patauiam dictam fuisse volunt, alij Boiodurum Ptolemæi putant esse. Visu hic dignum est, Diui Stephani summum templum, marmoreis operibus pulcherrimum, magnificentissimeque adornatum.

Haffnerzel 2.	*Engezel* 1.	*Rana* 2.	*Affach* 3.
Freienstein 1.	*Attensheim* 1	o *Lincz* 1	
			Simul 11.

Aliud Iter AVGVSTA VIND. LENTIAM ET VIENNAM AVSTRIAE.

Landshutum in itinere præcedenti numer. mill. 13.

Geisenhausen 1.	*Vils Biburg* 1.	*Ganghouen* 1.
Engelfelden 1½.	*Pfarkirchen* 2.	*Pirnpach* 1½
Kirchaim 1.	*Rustorff* 1.	o. *Scherding* 1.
Tauffkirch 1.	*Sigharting* 1.	*S. VVibolt*
o. *Peurbach* 1½.	*VVachsenkirch* 1.	*Efferding* 2.
Altnhoven ½	*Peischling* ½	o *Lincz* 1½
		Simul 33.

LENTIA (vt eam vocat prouinciarum populi Rom. liber) nunc vulgo Lincium Germanicè Lintz vrbs est Austriæ perelegãs, ad dexteram Danubij ripam, nundinis celebris. Archiduces Austriæ habent in ea castrum.

Spilberg 2 *Mathausen* 3 *Ontervvoltza* 3
Syrmingstain 4. o *Ips* 2. o *Pachlarn* 2. o *Melck* 1.
Schonpuhel ½ *Ackstain* ½. *Spitz* 1.
VVeissenkirch 1. *Tirnstain* 1. o *Stain* *Krems* 1.
Absdorff 2. *Hausleut* 1. *Stockerayr* 1. *Korn Neuburg* 2
o. *VVeen* 2. Simul 30.

Aliud

Aliud iter KREMSIO VIENNAM.

Hohenburg	1.	*S.Iohan*	1.	o.*Tuln*	2.
Kloster Neuburg	4.	*Nusdorff*	1.	*VVeen*	1

Simul 10.

Aliud Iter LENTIA LAVREACVM vulgo Ens, inde VIENNAM, deindeque POSONIVM ET CASSOVIAM, vulgo Kasscha.

Lentiam vsque numerantur milliaria	33.
Hochol 1. o. *Ens*	1.

Simul 35.

LAVREACVM vulgo Ens, vrbs quondam amplissima, & Rom. colonia fuit, cognomine Aureliana Laureacensis, legionum capax mansioque sæpe Imp. Sita est ad Danubij ripam, in ostio Anasi, ex Alpibus in Danubium ibi profluentis. Nunc ex eius vrbis, à Gothis & Hunnis non semel deletæ ruinis, remansit exiguum oppidum, quod nomen etiam mutauit, & à dicto fluuio nominatur Anasus. Extra oppidum, non procul ab ostio, quo in Danubium fluit Anasus, in quodam colle visuntur fundamenta antiqui vt apparet castri, & ingentia quadrata saxa, in quibus templum summæ vetustatis, à Christianis olim extructum adhuc extat, sed plane profanatum ac ruinosum. Cuius parietibus insecta sunt quædam saxa, cum sculpturis antiquis è Romi ædificijs desumpta. In stylis lapideis quadratis portæ templi videtur chorus bachantiũ Satyrorum ac Nympharum: è quibus Satyrus vnus Tibias, alijs subsilientibus inflat: Nymphæ his intermixtæ crotala pulsant & trepudiant. Inter alia

videbatur item in ſaxo quadrato, Europa tauro na-
tanti inſidens, cuius cornu alterum ſiniſtra tenet,
ſtolata ad pedes vſque: dextera prehendit velum,
quod capiti eius lunæ corniculatę quaſi forma cir-
cum volitat.

Strenberg	3½	o. *Ips*	3½	o. *Pachlaren*	2
o. *Melck*	1	o. *S. Poltin*	3½	*Tulbing*	4
Maurbach im VValt	1½	*VVaring*	2	*VVeen*	1

Simul 22

VIENNAE vulgo Ween nomen, alio ab anti-
quo eius nomine FLAVIANA, alij à paruo fluuio,
qui inter ciuitatis ſuburbia labitur, deducunt. O-
lim Iuliobona & Vindibona vocata fuit hæc vrbs,
quæ hoc tempore clariſſima eſt, & inexpugnabili
murorum ambitu, præaltis foſſis, aggere & vallo
cingitur. Mœnia ſpiſſa & ſublimia, frequentes
turres & Propugnacula, ad bellum opportuna ha-
bent. Suburbia maxima ſunt, & ambitioſa; Aedes
circumamplæ, Area & picturis ornatæ; ſtructura ſo-
lida & firma, altæ domorum facies magnificæque
viſuntur. Annonæ & potiſſimum vini incredibilis
copia hic eſt. Omnium facultatum Vniuerſitate, in
qua Honorum, & Poeſeos conferuntur inſignia,
nobilitatur.

Eberſtorff Viſchamund 4. o Hamburg 4. o Presburg 2
Simul 10

POSONIVM vulgo Preſburg nobiliſſima Hun-
gariæ vrbs eſt, mixtus hic eſt ſermo, Germanicè e-
nim Hungariceque incolæ loquuntur. Vrbs eſt Po-
ſonium vetus & elegans, quæ vt ſitu, ita aere quo
fruitur, læto & amœno ſalubrique, multas Panno-
niæ vrbes longe excellit. Montes ei vicini amœ-
niſſimis

nissimis vineis consiti sunt, ij & magnam lignorũ copiam præbent. Ad suburbium in præcelsi montis vertice Arx est valida, quæ vt legitimum Magistratum hanc vrbem obseruare docet, ita eandem ab hostibus defendere potest.

VVartenberg 3 Neustetle 3. Ritna 3. Castolsche 3. Fesenitz 3. Pribitz 3. Rauden 3. Teutscheburg 6. Geib 3. Lansberg 3. Kisterdorff 5. o Leutsch 3. Schnicka 3. o Eperies 3. Vakra 3. o Kasscha 3. Simul 53

ITER AVGVSTA VINDELICORVM, vulgò Komara. STRIGONIVM, vulgo Gran: VICEGRADVM, vulgo Plindenburg: BVDAM, vulgo Ofen: BELGRADVM, vulgo Griechisch VVeissenburg, inde CONSTANTINOPOLIM, deindeque NICAEAM, ANCIRAM & AMASIAM Metropolim Cappadociæ.

Posonium vsque numeran. in itinere præcedenti mil. 81
o Comarium distat Posonio mill. 8
Simul 89.

COMARIVM oppidum est exiguum, Turcicis populationibus sæpe vastatum, nunc tamen castro munitissimo nobile, quod Ferdinandus I. Imperator eo loci, magnis sumptibus extruxit, ad vicinæ regionis tutelam, aduersus Barbarorum incursiones, posuitque in angulo extremo Danubianæ insulæ Schutæ vulgo Schut veluti in navis cuiusdam magnæ puppi, vbi duo fluminis rami denuo confluunt, & vtramque ripam stringētes, in formam mucronis exacuunt; hos tamen fossa ductitia, lata, profundaque iungit, & à fronte ca-

strum ab oppido separat, quæ ponte sublicio versatilique transitur. Quo fit vt forma castri sit triangularis & tanquam iacentis in Solo Pyramidis. Cuius, vt cacumen fastigiatum, longitudine superat duos inferiores angulos, ita etiam è tribus propugnaculis, quibus vndique castrum munitur, vnum illud ad confluentis ramos inimicas terras respiciens, altitudine sublimius, veluti quoddam per se castellum extenditur in medio flumine, amplitudine superat alia duo, quæ in reliquis duobus angulis Oppidi latera tutantur. Eius castri custodia Germanis militibus est commissa, qui perpetuo præsidio illud obtinent. Nec quispiam externus facile admittitur, nec vel ad visendum oppidum, incolunt cohortes aliquot Pannonum, & vicinam ex omni parte regionem, ab hostium incursionibus defendunt. Arcis muri, Aggeres, Fornices spissitudine & mole sunt stupendæ; propugnacula latissima & vasta, ab omni parte defensoria, tormentis æneis maximis ad hostes longe globis ferreis propulsandos instructa. Armamẽtarium machinis, iaculis, bombardis, Telis, & omni apparatu bellico abundat. In castro sunt Granaria pro commeatu necessaria, Tungria quoque & Calulę militum. Anno 1594. hoc castrum à Turcis grauiter obsessum & oppugnatum fuit, sed de Christianorum aduentu instructi, incensis castris, & obsidione soluta, ad põtem, quem medio miliari supra Comarium, in Danubio strauerant, re infecta, octingẽtis viris amissis, & inter hos, quibusdam magnæ dignitatis Græcis, 28. Octobris Turcæ defatigati, & inglorij redeunt Iavarinum.

Curta

Curta 3. o. *Gran* 3 *Simul* 6.

STRIGONIVM vulgo Gran vrbs est inferioris Hungariæ ad dexterum Danubij latus, Gran etiam à præterlabente fluuio dicta, quem illic Danubius multorum receptor fluminum haurit, quorũ liberali frequentique communicatione, tantis abundat aquis, vt fluuiorum dominatum obtineat. Hic vetus Regum aula, & residentia esse solebat, cũ ob munitiones validas, & habitationem tutam, tũ ob gratissimam loci amœnitatem, qua varijs & omnigenis ipsius luxuriantis naturæ illecebris hic passim omnia virent. In planicie pascua sunt, & prata amœna, quæ magna vbertate, & pecori pascẽdo inseruiunt, & arbustis hinc inde distincta, gratissimos recessus præbent, nec Pomaria ampla arte & natura consita desunt, quæ varios arborum fructus saporis optimi, & admirandæ magnitudinis largiũtur. Montes prætiosissima vina affatim præstant: valles delabentium aquarum ac fontium copiam. Ad tantam amœnitatem accedunt calidorũ fontium venæ, quæ amplum constituunt Balneum, quo Hungari, & præsertim primores, multum se oblectare solent. Supra vrbem in montis vertice est castrũ, situ & opera, tam Christianorum, quàm Mahumetanorum egregiè munitum, cuius præcipua ornamenta fuerunt, Metropolitana Archiepiscopatus Ecclesia, D. Adelberto martyri sacra, à Stephano Rege ædificata & dotata, qui in eadem est sepultus: Archiepiscopale Palatium, cum Canonicorum ædibus: Palatium, prout etiam ipsa Ecclesia, constat ex vermiculato marmore, cuius adhuc perelegans extat Sacellum, & Oratorium

celebre,

celebre, ad quod Gradibus marmoreis affabrè & magnificè factis conscenditur: Hic etiam est ampla Cisterna, eleganter fornicata, in qua quotidiano vsui aquam colligunt, & multo tempore incorruptam conseruant, quæ quondam ex oppido, ad mõtis radicem composito, per Tubos & Fistulas ex Danubio arte in ipsam Arcem deriuari solebat, vnde & oppido ab aqua nomen inditum perhibent; Germanis vvasserstat dicitur. Anno 1595. die tertia Septembris Turcæ, Imp. Rudolpho Castrum dedere coacti sunt, quum quarto Augusti præcedentis die, Turcæ, qui sex & decem millibus bene armatis, vi sibi aditum in Strigonium parare conabantur, à Christianis cæsi & dissipati fuissent.

o Plindenburg. 2.

VICEGRADVM vulgo Plindenburg castrum vetus, ad dexterum Danubij latus, præcelso in mõte inter Strigonium & Budam situm obtinens, munitum & validum est, cumque Strigonium à Turcis occuparetur, duobus adhuc annis eis restitit; verũ cum Buda & loca vicina, hostium potestati cederent, in eorũ peruenit manus, quibus Anno 1595. die Septembris 21. rursus à Christianis ereptũ est. Ad montis radices iuxta Danubium oppidum est, frequentibus Turcarum deuastationibus & incendijs deformatum, quod Vngariæ Regibus gratum à curis recessum quondam præbuit, quos aeris cæliq; clementia, & salubris amœnitas eo frequenter pertraxit. Vineta enim, Pomaria, horti, pascua pinguia, virentia & amœna omnis generis delitias, hic vbertim præstant. In gentes ædificiorum regiorum ruinæ testantur regiam & priscam magni-

magnificentiam. Est inter hæc Equile visendum, 60 & plures Equos admittens, ex marmore & secto lapide adeo politè fabricatum, vt videntes in admirationem rapiat. Ex opposito est Maros oppidũ, à Christianis, sub Tributo inhabitatum.

Alt Ofen 3. o. *Ofen* 1. *Simul* 4

BVDA, vulgò Ofen, citerioris Hungariæ caput est, sic denominata, vt plerique existimant, à Buda conditore, fratre Attilæ regis, vel vt alij scribunt, à Budinis Scythiæ populis. In hac vrbe Sigismundus Imp. & Hungariæ Rex superbissima statuit ædificia, exædificauitque in Arce Palatium, multum Romanæ antiquitatis referens, muro Arcem obduxit, ambulacrisque amœnissimis exornauit. In media fere Arce fundauit Turrim amplissimam, ex quadrato lapide, sed morte præuentus, non absoluit opus. In altera Danubij ripa, in Pestana ciuitate, quæ in conspectu est, molem posuit, in Arcis obiectæ speciem, vt hinc supra Danubium perpetuo ponte vtramque Arcem coniungeret, verum mors inuida tam superbi operis initium intercepit, quod si perficere potuisset. Traiani pontem, quem hic in superioris Mysiæ ripa quondam fecerat, procul dubio superasset. Porro Pestum in Budæ nouæ conspectu situm, à Pestanis fortasse militibus, vigente quondam Rom. Imperio exædificatum est. Si vrbis Budanæ situm inspicias, ex parte montosa, validis est propugnaculis firma, vt nec quicquam munitius nec amœnius in tota Hungaria ferme inueniri possit. Publicis priuatisque ædificijs ornatissimis, præ ceteris in ea regione vrbibus clarissima. Agrum habet variorum fructuũ

vberta-

vbertate luxuriantem. Turcæ hanc vrbem Anno 1541.astu adepti sunt.

S.Gerhartsberg. Potentiana. o *Theten* 2. *Adom* 2. *Zygetsovv* 1. *Pentola* 2. *Apostag* 1. *Almas* 1. *Pax* 2. o. *Tobia* 3. *Anyavara* 2. o. *Batus* 2. o. *Mohacz* 2. *Danoch* 2. *Drazuth* 2. o. *VValtkvvar* 2. *Zaha* 1. *Athaia* 1. o. *Vilack* 1. *Nesth* 1. *Keroska* 1. o. *Bon Monstor* 2. *Sereck* 2. *Berhze* 2. *Dombo* 1. *Zerleck* 1. *Kamacz* 1. o. *Petervvardin* 1. *Kerom* 1. o. *Salankemen* 1. o. *Semlyn* 2. o. *Griechisch VVeissenburg* 4. Simul 49.

BELGRADVM ante Taurunum dictum, vulgo Griechisch VVeissenburg, ad ripam Danubij, Hungarorum & totius Christianitatis propugnaculum Turcarum Imp. Solimanus Anno 1521. deditione obtinuit. Sangiacus Turcicus hic sedem habet. Belgrado iter est 26. dierum Constantinopolim.

1. Bulkovvar siue Bucavvar minus. 2. Bulkovvar maius 3. VVadoschin siue Badoschin. 4. Iadogna pulchrum est oppidulum. 5. Borokinvilis pagus. 6. Hassan Bassa Caravaserei. 7. Nissa. 8. Curi schesina pagus. 9. Pirosi oppidulum. 10. Dragoma pagus. 11. Sophia.

SOPHIA emporium est nullis muris cinctum, Metropolis fuit olim Triballorum. Hic locus quasi centrum est regionum, quas Turca occupat in Europa. Hic residet Beglerbegus Græciæ, cui parent Sangiaci plures viginti. Totus præterea Turcæ equitatus in Europa ei paret.

12. Ellekliffa vilis pagus Bulgariæ
13. Gelderbend pagus. 14. Tallarbassan Bassan oppidulum. 15. Philippolis.

PHI-

PHILIPPOLIS vrbs valde à Iudæis colitur, varijsque mercibus referta est, nam in Iudæorum manibus omnia fere vectigalia Turcæ sunt.

16. Eggiali vilis pagus. *17. Aromilia.*
18. Mustaffa Bassa *Tingpy.* *19. Andrinopoli.*

ADRIANOPOLIS vulgo Andernopoli ad fluuium Marizam est vna ex celeberrimis ciuitatibus, quas Turca possidet in Europa. Capta fuit ab Amurathe Turcarum Imp. ante captam Constantinopolim, hicque tum sedem ibi habuit. Turcarum Imp. claustrum hic habet, puellis vndique collectis refertum, quas Eunuchi regunt, docentque eas pulsare instrumenta musica, aliaque nobilia exercitia. Earum plurimæ fiunt vxores Sultani. Beglerbegorum, & cæt. prout mores & venustas patiuntur.

20. Hapsala pagus *21. Eskibaba pagus.*
22. Pregasch siue Burgasch oppidulum.
23. Schurli oppidulum.

CHIORLICH siue Schurli oppidulum est medio itinere inter Adrianopolim & Constantinopolim, vbi Selymus primus, cum patre Baiareth prælio decertauit, vt eum regno pelleret, victus tū quidem aufugit, sed proditione Bassarum, patrem sibi regnum tradere coegit venenoque tolli, vt eius thesauris potiretur, curauit. Ipse Selymus postea Schurli vbi alias cum patre conflixerat, peste sublatus est.

24. Silibrea oppidulum.
25. Porto piccolo oppidum ad mare.
26. Constantinopolis.

CON-

CONSTANTINOPOLIS ſitus talis eſt, vt videatur vrbi dominaturæ facta à natura ſedes: eſt in Europa, habetque in conſpectu Aſiam, Aegyptum, Africamque à dextera: quæ tametſi ipſę contiguæ non ſunt, Maris tamen nauigandique commoditate coniunguntur. A ſiniſtra vero Pontus eſt Euxinus & palus Męotis, quæ circumcirca multis gentibus habitantur, & multis vndique fluminibus frequentantur, nihil, vt longe lateque ijs in regionibus ad vſum humanum naſcatur, cuius non ſit maxima Conſtantinopolim nauibus vehendi opportunitas. Ab vna parte, mari alluitur Propontide: ex altera efficit flumē, quod à ſimilitudine Cornu aureum vocat Strabo. Tertia reliquo continenti iungitur vt fere peninſulæ ſimilitudinem quandam referat, perpetuo enim promontorij dorſo, in mare Sinumque, qui à fluuio marique eo recedente fit, excurrit. Igitur è media Conſtantinopoli iucūdiſſimus eſt in mare albentemque perpetuis niuibus Olympum Aſiæ, proſpectus. Mare piſcibus omni ex parte eſt refertiſſimum; modo demittentibus ſe ex Męotide Pontoque, per Boſphorum & Propontidem, in mare Aegeum Mediterraneumque; modo ex illo ſubeuntibus in ipſum Pontum, ſicut natura fit piſcium, tantis agminibus, tamque denſis vt interdum etiam manibus capiantur. Itaq; frequentiſſima eſt, Scombrorum, Pelamydum, Capitonum, Symodontum, Xiphiorum ijs locis piſcatio, in qua ſe præcipuè exercent Græci, magis quā Turcæ, tametſi nec iſti poſitos in menſis piſces aſpernantur, modo ex eo ſint genere, quos mundos putant, alios non magis attingunt, quam venenum letha-

læthale;imo sibi linguam potius aut dentes evelli
patiantur,quam quicquam gustent, quod immundum
esse sibi persuaserint,velutiRanam,limacem,
Testudinem;qua in re pari superstitione laborant
Græci. In extremo dicti promontorij est palatium
Imp.Turcicorum,haud vlla,quantum videtur,stru
cturæ magnificentia,aut operis artificio, visendū.
Sub palatio locodemissiore,atque adeo in ipso littore,
eorundem principum Horti mari prætenduntur,
qua maximè inparte fuisse olim vetus Byzātiū
arbitrantur.Situ itaq; Constantinopolis, nihil vel
ad aspectum iucundius,vel ad vsum oportunius esse
potest. Aedificiorum elegantiam,in vrbibusTurcicis
frustra requiritur,vti etiam platearum quippe
quæ angustiores amœnitatem omnē excludant.
Sunt multis in locis non contînendę veterum monumentorum
reliquiæ,nec tamen multæ,vt potius
mirandum sit,tota Constantino Roma allatis non
superesse plures. Extat veterisHippodromi area,v-
bi gemini serpentes ænei visuntur. Est itidem insignis
Obeliscus: item duæ visuntur Cōstantinopoli
memorabiles columnæ: altera è regione Carauasari;
altera in foro,quod Turcæ Aurat Basar vocāt,
hoc est forum mulierum;ei ab imo ad summum insculpta
est historia cuiusdam expeditionis Archadij,
qui eam construxit,cuiusq; diu statuam in summo
habuit;Ea tamen Cochlea rectius dici posset,
quam Columnaq; est ex aduerso diuersorij,in quo
Cæsareos Oratores hospitari mos est, tota præter
Basim &Epistylium constat octo lapidibus solidis
porphyreticis coniunctis vt vnum saxum videatur,
quemadmodum etiam vulgo creditur; nam la-

pis vbi lapidi committitur, Sertum prominet la-
teatum,quod ambit columnam;eo(Serto) inferne
spectantibus compaginis aspectus occultatur. Ea
columna crebris terræ motibus concussa, & vici-
no incendio vstulata,multis locis rimas agit,& ne
desiliat,crebris circulis ferreis reuincitur:in ea fe
runt aliquando fuisse Apollinis,deinde Constãtini
postremo Theodosij senioris statuas, sed omnes vi
ventorũ,aut terræmotu deiectas. De Obelisco, qui
est in Hippodromo,sic Græci commemorant,à Ba-
si conuulsum,multis seculis iacuisse humi; poste-
riorum Impp. fuisse Architectum, qui operam su-
am,in eo suæ Basi restituendo deferret, illumque,
postquam de pretio conuentum esset, ingẽtem ap-
paratum organorum ex Trochleis & funibus præ-
sertim instituisse, quibus lapidem illum ingentem
erexerit,sublimemque eo euexerit, vt vno tantum
digito abesset à dorso Astragalorum,quibus impo-
ni debebat,tum iudicasse populum spectatorem,o-
leum illi & operam tanti apparatus perijsse, ma-
gnisque denuo laboribus & impensis opus instau-
randum:at illum minime diffisum, petito à rerum
naturalium scientia subsidio,iussisse afferri imme-
sam aquæ vim,qua multis horis in machinam illa
iniecta,funes,quibus Obeliscus librabatur,sensim
madefactos rigentesque, vt eorum est natura,se cõ-
traxisse,sic vt Obeliscum altius sublatum,in Astra-
galis statuerent magna cum admiratione & plausu
vulgi. Constantinopoli sunt diuersi generis Feræ,
Lynces,syluestres Feles, Pantheræ, Leopardi &
leones adeo domiti & cicures, vt obiectum pecu-
dem, vnus sibi à magistro ex ore pateretur eripi,ri-
ctuque

aliqué modo cruento placaretur. Ad Pontum sunt aliquot principis domus, voluptati & oblectationi dicatæ, in quarum vnius valuis spectatur opere tessellato, graphicè reddita, clara illa Selimi, cum Ismaele Persarum rege pugna. Sunt etiam complura amœnissimis conuallibus Principis vireta, minimum arti debentia, naturæ fere omnia. Pontus quem Turcæ Caraderis vocant, hoc est, mare nigrū, demittit se per angustas fauces in Bosphorū Thraciū, vbi multis vorticibus & flexibus occursu promontorium agitatus, itinere vnius diei, descendit Constantinopolim, ibique paribus penè angustijs erumpit in Propontidem. In medio ostio, quo in Bosphorum influit saxum est cum columna, in cuius Basi, nomen Romani cuiusdam Octauiani, latine inscriptum extat, inde in littore Europæo est turris ædita, quæ noctu nauigantibus lumen prælucere solet; Pharum dicunt, à quo loco non ita procul fluuiolus in mare labitur, in cuius Alueo lapilli Onychibus Sardonychibusque haud multo deteriores leguntur; rectè eundem fere, si expoliantur nitorem referunt. Paucis ab eo, quod dictum est, ostio miliaribus, angustiæ, mōstrantur, quibus Darius exercitum contra Scythas Europeos traiecit. Constantinopolis septem montes murorum ambitu, non minus claudit quam Roma: triplici muro cincta est, sed eodem tempore non fuisse extructos apparet: nam pleraque marmorearum columnarum fragmenta, interiecta conspiciuntur, quæ indicant id festinanter factum fuisse. Diuæ Sophiæ templum, pulcherrima est omnium structura, quæ adhuc permaneat, longeq; superat Romani

Pantheonis ſtructuram; nam tota templi interioris pars in Fornices extructa eſt, eaſque ſuperiore parte patentes, & lucem admittentes, quæ columnis, ex ſelectiſſimo marmore variorum colorũ infectis, ſuſtinentur, ſuntque eo in templo tot portæ quod in anno dies, quoniam vero in Turcarum Fanum ſiue Meſquitam ceſſit, Chriſtianis id ingredi non licet, ijs tamen, & Iudęis, toto corpore in templũ prolato ex ipſis portis interiora ſpectare permiſſum eſt. Templum hoc foris cocto latere extructum eſt, interius marmore incruſtatũ, amplum lateq; patens, & tenui materia vndique exſtructum.

Conſtantinopoli iter eſt Amaſiã, per loca ſequẽtia. 1. SCVTARIVM pagus eſt in littore Aſiatico, veteri Byzantio oppoſitus, eo loci vbi olim, aut certè paulo ſuperius, Chalcedonem nobilem ciuitatẽ fuiſſe exiſtimatur. 2. CARTALI pagus. 3. GEHISE Bithiniæ oppidum, quod olim Libyſtã fuiſſe putant, Hannibalis ſepulchro celebrem: inde iucundiſſimus patet in mare ſinumq; Nicomedisem proſpectus; vbi etiam admirandæ craſſitiei Cupreſſi viſuntur. 4. KASOCKI pagus vltra olympi iugum, non longè à lacus Aſcanij ripa. Hic ſunt animalia, quæ Turcæ Ciacales vocant. Lupi ſunt vulpibus maiores, communibus lupis minores, voracitate tamẽ, edendiq; ingluuie pares; gregatim incedunt, hominibus iumentiſq; innoxij, furto magis & dolo, quam vi victum quærentes. Ab harum ferarum ingenio Turcæ hominem fraudulentum & verſipellem, maximè Aſiaticos Ciacales vocant. Tentoria Turcarum, aut etiam domos noctu ſubeunt, in quibus quicquid inueniunt eſculatum, vo-

rant.

rant,quod ſi aliud deeſt; quicquid eſt operis coriacei rodunt,veluti calceos,ocreas,cingula gladiorum vaginas,& quicquid eſt huius generis; neque deeſt ad furtum ſolertia, niſi, quod ridiculum eſt, ſuo ſe proderent indicio: nam cum maxime ſunt ipſo furto occupati,ſi quis forte gregalium qui foris remanſit,vlulare incipiat, mox ipſi idem faciunt,parum memores vbi verſentur; quo clamore expergefacti homines,arreptis armis fures manifeſtarios malè multant.

6. NICEA iacet in ripa lacus Aſcanij;oppidi eius mœnia & portæ ſatis integræ ſunt;quatuor ſunt omnino,quæ ex eius medio foro poſſunt deſpici;in ſingulis veteres ſunt inſcriptiones latinæ, quæ ab Antonio Imperatore vrbem eam inſtauratam teſtātur.Eiuſdem quoque extant Thermarum reliquiæ, è quibus dum Turcæ lapidem eruerent ſtatuendis Conſtantinopoli publicis ædificijs, ſtatuam inuenerunt egregiam,peneque integram, armati militis,ſed eam mox Malleorum ictibus deformarunt.

7. IENYSAR. 8. ACBVYCK 9. BAZARGVYC 10. BOSONICK ſiue CASSVMBASSA, in arctiſſimis anguſtijs montis Olympi eſt, nam à NICEA ferè,per cliuos montis Olympi iter faciendum.Hic diuertitur in Turcicum Xenodochium: è regione ſaxum eſt paulo editius,in quo altius exciſa quadrata Scrobes,eaque mala, à cuius imo Canalis in viam publicam perducitur. Hanc Scrobē, veteres illi incolæ,Hiberno tempore, niuibus cōplebant,vt per eum Canalem demiſſa,in viam ſtillans aqua perquam frigida prætereuntium ſiti ſubueniret. Huiuſmodi opera Turcæ pulcherrimas E-

leemosynas indicant: vt quæ publicè & in commu ne prosint. Non procul ab hoc loco Otmanick ad dexteram ostenditur, receptaculū vt putatur Othmanni illius, qui princeps Othomannorum domū nobilitauit.

11. CHIAVSADAM venitur ex dictis angustijs in latissimos campos: hic est subterranea domus, cui per solum impluuium lumen infunditur. Hic quoque sunt capræ illæ, ex quarum vellere seu pilo pannus ille texitur, quem Cymatilem siue vndulatum vocant. Est earum tenuissimus mireque nitens pilus, ad terram propendens. Hunc non tondent, sed depectunt Caprarij, non multum pulchritudine cedentem Serico. Capræ sæpius in fluminibus lauantur: gramine pascuntur per eos capos exili, quod ad lanæ tenuitatem multum conferre certum est: nam constat alio translatus non manere eandem, sed vna cum pabulo mutari, totasque ita degenerare capras, vt vix agnoscantur. Deductum ex huiusmodi vellere, ab eius regionis mulieribus filum portatur Ancyram Galatiæ vrbem, vbi & texitur & tingitur. Est quoq; frequens ijsdem locis genus illud ouium (neque enim ex alio fere constant greges) quod pinguem & ponderosam caudam trahit, quæ modo trium aut quatuor, modo etiam octo aut decem librarum est: quinimo in eam aliquā do magnitudinem excrescit, in ouibus vetustioribus, vt duas Rotulas cum media Tabella, subijci necesse sit, in quam illa recūbat, vt oues trahant, quod ferre non possunt. Talibus caudis non deest suus vsus, propter copiam pinguedinis; caro tamen reliqua durior, quam ouium Europicarū videtur. Qui his

His gregibus præſunt paſtores, noctem & diem degunt in cãpis, vxoreſque & liberos circumuectant in curribus, quibus pro domicilijs vtuntur, niſi quod aliquando exigua tabernacula tendant. Lõge lateque vagantur, modo campos, modo editiora loca, modo valles, vt ratio temporis & pabuli poſtulat, perſequentes. Videntur in hac regione aues nõnullæ alijs regionibus non viſæ adeoque incognitæ. Inter alias eſt genus Anatum quod non immerito quis inter Cornicines retulerit, ita voce Cornuum ſonitum imitantur, quæ inflare ſolent, per diſpoſitos equos iter facientium duces. Eſt ea auis quantumuis inermis audax & ſtrenua; quam etiam malos Dæmonas terrere Turcis perſuaſum eſt. Libertatis adeo retinens vt etiam totum triennium in Corte nutrita, facultatem nacta, libertatẽ Saginæ anteponat, ſedeſque & ſuetos alueos volatu repetat. 12. *Karaly.* 13. *Hasdengri.* 14. *Mazotihoy. Hic tranſmittitur Sangiarius fluuius qui defluit in Pontum. Hic fines ſunt Phrygiæ.*

15. *Mahatli.* 16. *Zugli.* 17. *Chilancyck.*
18. *Ialanchich Potughin.*

In ſupradictis pagis nihil videtur admiratione dignum, niſi quod inter ſepulchra Turcarum ſunt columnæ aut lapides antiqui, ex egregio marmore: in quibus inſcriptionum Romanorum aut Græcarum extãt veſtigia, ſed ita mutila, vt legi nequeant. Solent verò Turcæ procul comportatis ingentibus ſaxis, ſepulchra ſuorum, alioquin inania, nulla iniecta terra, tegere: ea quidem de cauſa, vt malo dæmone accuſante, & rationẽ vitæ à mortuo exigẽte, nã ita credũt, defendẽte verò bono genio, locus ſit

leemosynas indicant; vt quæ publicè & in commu ne prosint. Non procul ab hoc loco Otmanick ad dexteram ostenditur, receptaculũ vt putatur Othmanni illius, qui princeps Othomannorum domũ nobilitauit.

11. CHIAVSADAM venitur ex dictis angustijs in latissimos campos: hic est subterranea domus, cui per solum impluuium lumen infunditur. Hic quoque sunt capræ illæ, ex quarum vellere seu pilo pannus ille texitur, quem Cymatilem siue vndulatum vocant. Est earum tenuissimus mireque nitens pilus, ad terram propendens. Hunc non tondent, sed depectunt Caprarij, non multum pulchritudine cedentem Serico. Capræ sæpius in fluminibus lauantur: gramine pascuntur per eos capos exili, quod ad lanæ tenuitatem multum conferre certum est: nam constat alio translatus non manere eandem, sed vna cum pabulo mutari, totasque ita degenerare capras, vt vix agnoscantur. Deductum ex huiusmodi vellere, ab eius regionis mulieribus filum portatur Ancyram Galatiæ vrbem, vbi & texitur & tingitur. Est quoq; frequens ijsdem locis genus illud ouium (neque enim ex alio fere constant greges) quod pinguem & ponderosam caudam trahit, quæ modo trium aut quatuor, modo etiam octo aut decem librarum est: quinimo in eam aliquã do magnitudinem excrescit, in ouibus vetustioribus, vt duas Rotulas cum media Tabella, subijci necesse sit, in quam illa recũbat, vt oues trahant, quod ferre non possunt. Talibus caudis non deest suus vsus, propter copiam pinguedinis; caro tamen reliqua durior, quam ouium Europicarũ videtur. Qui

his

His gregibus præſunt paſtores, noctem & diem degunt in cãpis, vxoreſque & liberos circumuectant in curribus, quibus pro domicilijs vtuntur, niſi quod aliquando exigua tabernacula tendant. Lõge lateque vagantur, modo campos, modo editiora loca, modo valles, vt ratio temporis & pabuli poſtulat, perſequentes. Videntur in hac regione aues nõ nullæ alijs regionibus non viſæ adeoque incognitæ. Inter alias eſt genus Anatum quod non immeritò quis inter Cornicines retulerit, ita voce Cornuum ſonitum imitantur, quæ inflare ſolent, per diſpoſitos equos iter facientium duces. Eſt ea auis quantumuis inermis audax & ſtrenua; quam etiam malos Demonas terrere Turcis perſuaſum eſt. Libertatis adeo retinens vt etiam totum triennium in Corte nutrita, facultatem nacta, libertatẽ Saginæ anteponat, ſedeſque & ſuetos alueos volatu repetat. 12. *Karaly.* 13. *Hasdengri.* 14. *Mazotiboy. Hic tranſmittitur Sangiarius fluuius qui defluit in Pontum. Hic fines ſunt Phrygiæ.*

15. *Mabatli.* 16. *Zugli.* 17. *Chilancyck.*
18. *Ialanhich Potughin.*

In ſupradictis pagis nihil videtur admiratione dignum, niſi quod inter ſepulchra Turcarum ſunt columnæ aut lapides antiqui, ex egregio marmore: in quibus inſcriptionum Romanorum aut Græcarum extãt veſtigia, ſed ita mutila, vt legi nequeant. Solent verò Turcæ procul comportatis ingentibus ſaxis, ſepulchra ſuorum, alioquin inania, nulla iniecta terra, tegere: ea quidem de cauſa, vt malo demone accuſante, & rationẽ vitæ à mortuo exigẽte, quã ita credũt, defendẽte verò bonogenio, loc⁹ ſit

vbi mortuus secedere, & se caussæ commodius dicendæ, possit erigere, idcirco vero grauis lapis inijcitur; vt tutiora sint cadauera à canum, luporum, reliquarumque bestiarũ iniurijs: in quibus in primis est Hyena regionibus ijs satis frequens, illa sepulchra suffodit, extrahitq; cadauera, portatq; ad suam speluncam: iuxta quam videre est ingentem cumulum ossium humanorum, veterinariorum, & reliquorum omne genus animalium. Bestia est Hyena lupo aliquanto humilior; sed nihilo breuior: pellem habet lupi similem; nisi quod Pilo sit horridiore, & grandibus maculis nigris distinguatur. Caput ei spinæ deorsũ contiguum, sine vllis vertebris: vt cũ respicere velit, totam se vertere necesse habeat: pro dentibus os habere dicunt cõtinuum, in amatorijs ei vim magnam Turcæ, vt etiam veteres tribuunt. Aiunt Hyenam, quam ipsi Zirtlan vocant, sermonem intelligere humanum (veteres etiam imitari dixerunt) propterea; à Venatoribus hunc in modum capi: accedunt ad eius cauernam, quam ex ossium cumulo deprehendi facile est, subit vnus cum fune, cuius extremam partem socijs tenendam foris relinquit; ipse identidem pronuncians: Iočtur vcala; illam se non reperire, illam nõ adesse, introrepit, at Hyena, quæ se latere nesciriq; ex eius sermone putat, manet immota donec sibi crus fune vinciatur; subinde venatore illam non adesse clamitante deinde cum ijsdem verbis retrocedit, sed vbi iam ex spelunca euasit; de repente ma... clamore Hyænam esse pronuntiat, quo illa in... ...cto, vehementi impetu, vt fugã capiat, ne quic... profilit, venatoribus per funem, quo crus ei impli-

implicatum diximus, retinentibus, ſic eam vel occidi vel adhibita induſtria narrant viuam capi, nā animal ſæuum eſt, & quod ſe impigrè defendit. Veterum numiſmatum ibidem magna paſſim copia reperitur, * præſertim poſteriorum Imperatorum Conſtantinorum, Conſtantium, Iuſtinorum, Valētium, Valentinorum, Numerianorum, Proborum, Tacitorum & id genus ſimilium, quibus multis in locis Turcæ pro ponderibus vtebantur, nimirum vnius drachmæ vel dimidiæ, vocant *Giaur manguri*, ac ſi dicas, nummos paganorum ſiue infidelium.

19. ANCIRA oppidum eſt Galatiæ, Gallorum aliquando ſedes, Tectoſagum, Plinio & Straboni nō ignotum: quamquam illud fortaſſe quod nunc exſtat, veteris oppidi pars tātum fuerit. Canones Anquiram vocant. Hic pulcherrima videtur inſcriptio; & tabellarum illarum quibus indicem rerum à ſe geſtarum complexus eſt Auguſtus, exemplum exſtat inciſum ædificij quod olim fortaſſe Prætorium fuerit, diruti, & tecto carentis marmoreis parietibus, ita vt dimidia pars intrantibus ad dexteram, dimidia ad ſiniſtram occurrat, ſuprema capita fere integra, media lacunis laborare incipiunt, infima vero clauarum & ſecurium ictibus lacerata, vt legi non poſſint, quod ſane rei literariæ non mediocre damnum eſt à doctis merito deplorandum: idq; eo magis quod vrbem illam ab Aſiæ cōmunitate Auguſto dicatam fuiſſe conſtet. Hic etiā ſpectatur quemadmodum & tingatur & affuſa aqua vi preli vndas illas accipiat, à quibus & nomē habet & commēdatur, pannus ille cymatilis, è lana caprarum, de quibus dictum, contextus, is optimus

mus & præstantissimus habetur, qui latissimarum vndarum vestigia recepit, cõstanterque referebat quod si qua in parte vndæ minores disparesque intercurrunt, quamuis idem color, & eadem est materia; tamen aliquot aureis, propter vitium, minoris æstimatur. Eo ferè sanno honestior inter Turcas senectus ornatur.

20. *Baligazar.* 21. *Zarckneckt.* 22. *Zerineczy.*

23. ALGEOS pagus est ad ripam fluuij Halys. trãseuntibus per hæc loca, procul videntur Synopi propinqui montes, rubricæ, quæ ab ea nomen habet, colorem referentes. Hic est ille Halys, terminus olim regnorum, Medorum & Lydorũ, de quo vetus fuit oraculum, fore vt eum transgressus Cræsus, bellum Persis moturus, maximum imperium euerteret, sed, quod eum fefellit, suum. Est ad eius ripam syluula glycyrrhizæ.

24. *Goukurthoy.* 25. *Choron.*

26. THEKE THIOI. hic monachi Turcici, quos Deruis vocant, insignem habent ædem, siue Moscheam (sic Turcæ vocant sua delubra) in ea est fons aquæ purissimæ, eximio marmore constructus.

27. *Baglison.*

28. AMASIA vrbs fere præcipua est Cappadociæ præfectusque eius prouinciæ ibi ius dicere, & statiua castra habere solet, sed nescio quid infaustum ea sedes, iam à Baiazet his temporibus habere visa est, & postea miserabilis Mustaphæ, Sulemani Turcarum Imp. filij comprobauit. Strabo eam patriam sibi fuisse scribit, iacet sub aduersis collibus ad vtramque transfluentis Iridis ripam (nam is vrbem mediam secat) sic vt ferè tamquam ex Theatri gradibus

dibus, vndique ex locis de cliuibus despectus in flumen, vnaque pars, alteri tota pateat, & conspicua sit, collibus quidem ita cingitur, vt vna tantũ via curribus aut iumentis aditum & exitum præbeat. In colle, qui editissimus Amasiæ imminet, arx est non contemnenda, quæ perpetuo præsidio Turcico tenetur, seu contra Asiæ populos imperio Turcarum minus æquos, seu contra Persam qui huc vsque excursiones aliquando fecit, intervallo sane maximo, in eo colle sunt non pauca veterum monumentorum vestigia, fortassis ipsorum Cappadociæ regum, cæterum domus, nec plateæ Amasianæ, pulchritudine vlla visendæ sunt. Domus ex argilla eadẽ fere ratione, qua in Hispania ædificatæ quinimo ipsum domus tectum argillaceum, planum est, & sine vllo fastigio: columnæ alicuius veteris fragmentum habent pro culindro, quo huc illuc impulso, si quid in tecto pluuia vel vẽto luxatum est, denuo stipetur æqueturque; in ijs tectis incolæ tẽpore æstatis, subdio, somnum capiunt. Pluuiæ illis locis, nec magnæ nec frequentes, sed tamen, si quãdo sunt, stillante passim ex tectis luto, prætereuntium vestes sordibus valde contaminantur.

ITER CONSTANTINOPOLI PRVSAM, ACHARAM, ICONIVM, HERACLEAM, ADENAM, ANTIOCHIAM, HALEPVM, MARATH, HAMAM olim Tarsus, HAMAM, BALBECVM, DAMASCVM, CAPHARNAVM, NAZARETH, NAPLOSAM, HIEROSOLYMAS, GAZARAM, CAIRVM.

Dupli-

DVplici via Constantinopoli Prusam perueniri potest, marina vel per continentem. Per continentem quinq; dierum iter est: per mare autem biduo vel triduo eo peruenitur: nam Prusa à Propontide dimidiæ diei itinere abest. Appellitur in sinu Nicopolis veteribus dicto, ad pagum Montanea nomine, à quo nunc is sinus appellationem sumsit: locus vero est malè fidus nauigijs, quia portu caret, propterea illico in siccum remulco pertrahuntur, ne tempestate à ventis excitata, affligantur. Eius pagi incolæ Græcè loquuntur, boniq; sunt vinitores. Caloierorum illic est monasteriũ. Turcarum Imp. binas liburnicas perpetuo habet, quæ Ianissaris mancipijs aguntur, quæque singulis diebus Mercurij, (nisi tempestate impediãtur) soluunt, altera ex Montanea Constantinopolim, altera ex hac Montaneam, & eos, qui Constantinopoli Montaneam vel contra volunt, vehere solent. Eæ liburnicæ ex Montanea soluentes, niuem ex proximo montis Olympi appendice delatam transuehunt Constantinopolim.

PRVSA Regum Bythiniæ olim fuit sedes. Plinius eam ab Hannibale conditam scribit. Eius admirabilis est situs, nam vt paulatim incremẽta sumsit sic per montis accliue sparsa est: Muro non est cincta, sed Lugduno in Gallia amplior, varijs enim locis per montis radices sparsa conuallibus separatur. Cum Turcici Impp. Phrygiam subiecissent, nec vlterius progredi possent, Regiam isthic sedẽ constituerunt. Ab hinc annis centum, cum capta Constantinopoli paulatim in Europam penetrassent, Prusa relicta Constantinopolim regiam tra-

duxe-

duxerunt. Attamen Prusa etiamnum æque opulenta & populosa est, ac Constantinopolis, imo hæc ab illa superari opulentia & inhabitantium numero dicitur. Rolandi gladius adhuc ad Arcis Prusæ portam pendens conspicitur. Eam Turcæ diligenter adseruant. nam vulgus existimat ipsum Turcam fuisse. Prusæ autem opulentia in serico constat. singulis enim annis mille Cameli ex Syria & alijs Orientalibus serico onusti Prusam adueniunt, quod isthic apparatur, in stamina deducitur, varioq; modo texitur, & diuersis coloribus inficitur. nam vestes ex holoserico varijs figuris contexto, & diuersorum colorum, auro & argento interdum immixto, gestare solent Turcæ. Tres Prusæ vigent linguę: *Hispanica* inter Iudæos, Græca, & Turcica, quæ magis vsitata est. Illic etiam sunt nonnullæ Arabicæ, Armeniacæ & Italicæ familiæ. Veneti & Chij suos isthic institores alunt, hinc iter est per valles, ad fauces magnæ planiciei, & vt mare æquatæ, vberis admodum glebę, oriza consitæ; nam pleriq; riui ex montibus vndiq; delabentes eam rigant, facileque per cataractas, aqua & retinetur & emittitur, hinc ascendendus est Olympus mons, in cuius supercilio semper nix est, ingens enim, quod in media aeris regione est frigus, nunquam ibi mitescit, eaque est causa, cur in celsiorum montium iugis, summũ semper sit frigus, & nix insidens non colliquescat. Non igitur mirum si æstate in summo æstu grandinem decidere videmus. Peruenitur hoc itinere in pagum inter valles Olympi, qui admodum late patet. situm; hinc venitur Conteium; nonnulli Cutiā latine, Plinius veteri nomine Conteium dixit.

CON-

CONTIEVM fuit olim, vt etiam nunc eſt, vrbs admodum celebris: arcem adhuc integram retinet in tumulo ſitam, firmiſque mœnibus præditam, in cliuo propendentem, atque ad vrbem pertingentem. Plerumque ex BeglerBegis minoris Aſiæ vnus Contei habitare ſolet, quoniam è primarijs vnum eſt eius regionis, olim Gordius dictæ. Omnis generis annona Contiei venalis reperitur, vti panis, vinum, carnes; nam ab Armenis Iudæis & Græcis incolitur. Hinc venitur Characharam oppidũ, quod Arcem nigram ſignificat, inde eſt exiguus pagus, indeque per campeſtria ſecundum colles, circũ quos multi pagi, tam ad dexteram, quam ad ſiniſtrã ſunt, venitur Acharam.

ACHARA, Armeniæ minoris oppidum, ſicut magna Turcicæ ditionis oppidorum pars, mœnibus cinctum non eſt. Situm obtinet apud latum & amplum lacum, in quo ſunt varij generis piſces, vti Teacæ, Lucij, Cyprini, Bramæ. Saxea Acharæ videntur ſepulchra, Latinis literis inſcripta, quæ ſub fontibus collocata, propter concauitatem conſeruandæ aquæ nunc ſeruiunt, ad aquanda peregrinorum iumenta. Hinc iter faciendum inter fructiferas arbores humiles; vrbem Angori, veteribus Ancyram dictam, ad ſiniſtram relinquendo. Ea vrbs nunc eſt Caramaniæ celeberrima, propter panni vndulati frequentiſſimum mercimonium, qui in ea ſolum vrbe texitur, ex molliſſimis villis caprarum, quæ in Cilicia & Pamphilia reperiũtur, (nũc Caramania dicuntur) ſeptemque Sangiacorum ſedes habet. Frequentes habet hæc regio incolas, & pagos, licetque hyems ſit, oxygala tamẽ inuenitur

edulium

edulium Turcis admodum vulgare, præsertim æstate. Illam tabernæ perpetuo paratam habent, in magnis lancibus: precium in singulis constitutum vnicus Asper, qua 4. Turcæ saturari queant. Hinc peruenitur in pagum, indeque per pinastri syluas in monte, venitur Iconium.

ICONIVM vulgo Cogne vrbs est, non procul ab altis montibus sita, quam irrigant plerique riui ex montibus delabentes. Huius vrbis mœnia ex vario lapidum genere sunt fabricata, vt Constantinopolitana illorumque ambitus orbicularis est: turres vero illis impositæ raræ sunt, & quadrangulæ. Vetusta autem non esse, ipsius vrbis mœnia facile euincere licet, ex marmore è templis sublato, cui Epitaphia Græcis characteribus inscripta sūt. Pars vrbis, qua egressus est in planiciem, spectat Orientem: ad eam vero vrbis portam, quæ inter Orientē & Meridiem vergit, marmoreus est Hercules turri vicinius extra mœnia; sed cui Turcæ caput ademerunt. Octo habet Iconium portas, vt Halepum: habitatur à Græcis, Turcis, Arabibus, & Armenis. Vites hic diligenter coluntur, & generosum vinum à Iudæis redimitur. Elegantiores Iconij fabricæ sunt Mesquedę, Thermæ, & Carabassera. Hic nō vtuntur alia ligna quàm Iuniperi maioris. Hinc venitur in satis amplum pagū Saramili, vbi Scopæ videntur ex Ambrosia confectæ. Hinc venitur in ampla campestria loca, nuda & arboribus carentia. Eius regionis capræ tenui adeo lana sunt vestitæ, vt Sericum ipsum tenuitate prouocet, candore niuem. Capræ non sunt maiores arietibus Europæis, nec tondentur vt oues, sed velluntur. Carnes non minus

suaui-

ſuaues ſunt quam veruecinæ, nec ferinum redolet. Tenuiſſimi elegantiſſimiq; Panni ſiue Vndulati, ſiue non vndulati, ex huiuſmodi caprarum lana texuntur. Sunt ea cãpeſtria admodum deſerta, cum & riuis & fontibus careant: inde venitur in Carabaſſara iuxta fontem in via regia. Hinc tres lignei põtes ſuperandi, nam frequentes ſunt canales & riui, veniturque Heracleam.

HERACLEA vrbs ſita eſt in planicie, admodum fœcunda, & per omnia exculta, multiſq; pagis habitata. nam riui è montibus labentes, hortos & vireta irrigant, in quibus omnis generis fructiferæ arbores coluntur. Amplus eſt pagus apud Heracleam, qui à ſolis Chriſtianis Græcis habitatur, quorum lingua vulgaris pura Græca eſt. Alius etiã eſt Chriſtianorum Armeniorum: vtriq; admodum ſunt diligentes hortorum & vinetorum cultores, cumque aqua abundent, varia herbarum culinariarum genera, in ipſorum hortis, qualia in Europeorum conſpiciuntur. Sita eſt Heraclea ad Tauri radices in planicie Heracleana, Equorum armenta alũtur, plus 4. millibus Equorum conſtantia, è quibus ſingulis annis plures ſexcentis deliguntur ad bellum apti. Eius regionis equi à Turcis admodum æſtimantur, Caramanniq; appellantur. Patet Heracleana planicies ad bidui iter; ijs tamen locis duntaxat habitata, quæ aquis abundat. Inde venitur ad montem Taurum, ad cuius radices eſt Carabaſſara, inde aſcenditur mons, vſq; ad arcem in ſaxo ſitam, aſcendẽdumq; eſt vſque in montis ſummum iugũ, deinde per montis faſtigium iter faciendum, quod nive ſemper contegitur, deinde dimidius dies in deſcen-

deſcenſu inſumendus indeque venitur Adenam.

ADENA, vulgo Aden, magnũ eſt oppidum, hoc eſt ingens pagus, habetq; elegantem latumque lapideum pontem: mœnibus non eſt cinctum, ſed arcem habet 4. quadrangulis turribus infirmis prædıtam, incolæ Græci ſunt, Iudæi & Armenij. Monetæ hic eſt mutatio, nam Aſperi, qui huc vſque expẽduntur, ſunt permutandi in Meidinos, qui expenduntur in Cilicia, Syria & Aegypto. Hic etiam deſinit Turcicus ſermo, agendumque eſt deinceps Arabica lingua. Hinc venitur in campeſtria ſteriliaque loca, lateque patentia, quæ à nemine poſſidẽtur, ſed omnibus qui ſuos greges paſcere iſthic volunt libera ſunt: inde ſuperandus pons fluuio impoſitus: deinde venitur ad ruinas cuiuſdam vrbis, quæ Bellonij opinione Cæſarea Ciliciæ fuit appellata, vbi ponte flumen ſuperatur. Sultani Aegypti dominium hucuſque extendebatur, iſtic erant limites, qui Arabicam linguam à Turcica diſtinguebant, quique olim Arabum imperium, à Turcico ſeparabant. In ruinis Cæſareæ nihil conſpicias, prę ter Caraballara, & quædam tuguria. Flumen cui Cę ſarea impoſita ſequendum, vſque ad arcem in ſcopulo, aditu difficili ſitam, iuxta quam labitur fluuius Pyramus dictus, cuius cornui impoſitus eſt pons lapideus, qui tranſeundus eſt, indeque venitur ad Carabaſſara, cui vicini ſunt pagi; inde tranſeundus fornix admodum vetuſtus, è latere & intrita extructa materia, longè quam ſaxum durior. hunc veteres auctores portas Cilicias volarunt. Inde incipit vaſta illa planicies, in qua Alexãder cum Dario conflixiſſe creditur, ea extenditur ad amnem,

C qui

qui forsitan Issus est, qui transmittendus est; inde ad maris littus progrediendum, inter montes ad sinistram, & mare ad dexteram, deinde per loca plana & campestria iter faciendum, iuxta mare, quod in arcum se incuruans, sinum efficit, qui Issicus appellatur, qui circum eundus est; multique elegantes riui superandi, progrediendumque inde versus Amanum montem vulgo monte Negro, qui ascendendus est; is ascensu haud difficilis; qui præceps haud est, neque adeo molestus vt in descẽsu in quo sex horæ impenduntur. In superiore eius vertice constitutis apparent summa montium Syriæ & Cayri iuga, præsertim vero eius, qui Pieridum mons censetur, inde inter Orientem & Septentrionem, secundum præaltos montes, venitur ad præcellum montem, Amano contiguum, sed in planicie situm quo transmisso, venitur in pagum Sarameli ad pedes montis, inde transeundus amnis Orons, faciendumque est iter per agrum Antiochenum, cuius solum adeo pingue est vt equi, ad cingula vsque in cœno mergantur, cum imbres deciderunt.

ANTIOCHIAE situs est perelegans, quique paucis verbis describi haud queat. Nam mœniorũ structura illã magis admirabilem reddit, alia quauis vrbe in plano constituta. Murorum ambitus nõ est minor Nicomedia aut Constantinopoli, frequens habitatura à Græcis, Armenis, Iudæis & Turcis. Ab Amano monte, recta via Halepum, Antiochia ad sinistram linquendo bidui iter est: perque campestria venitur in Carabassara, cui vicinus pagus & Hierum arx diruta omnino, inde per colles & confragosa loca, linquendo agros, venitur in pa

gum

gum Farrou, indeq; dimidię diei itinere est Halepũ

HALEPVM ab omni antiquitate celebris fuit vrbs, nam totius Orientis maximũ est emporiũ, caput etiam Comagenæ, inde versus riuum tribus miliaribus Halepo distantem, iter est per loca adeo plana, vt æquor planius esse nequeat, inde est Carabassara, denique Marat.

MARAT rudera tantũ sunt. Fuit.n. ampla & elegans vrbs, vt ex eius ruderibus apparet, quam olim Maronias nomine fuisse insignitã fuisse facile credi posset. Aequaliter distat ab Tarso & Halepo, inde est Carabassara, & pagus quidã, deindeq; Hama.

HAMA siue HAMSA, olim Tarsus, sita est in valle admodum populosa, vt ex mœnibus late sese explicantibus, & ruderibus apparet. Arcem habet in colle sublatam. Inde transitur per locum in colle situm, quem Sebasto polis vrbis rudera esse nonnulli existimant, veniturque Hamam.

HAMAN Turcis, Hamza Arabibus veteribus Finissa nominata, vrbs est mediocris. In ea est magna Serici staminis abundantia, inde iter est per planiciem in Carabassaram: deinde per eandem planiciem venitur in pagum Luboij, deinde Balbec.

BALBEC vetusta est & celebris Phœniciæ vrbs ad montis Libani radices sita. Amœno loco est, sed nunc ferè omnino diruta. Ex ruderibus eam percelebrem olim fuisse colligere licet. Antiquitatũ studiosus integro octiduo omnia in Balbec spectatu digna obseruare vix posset. A recto autẽ itinere deflectedũ est, vt veniatur in Balbecũ. Deinde venitur ad monasteriũ Caloienorum Maronitarũ & Græcorum in summo Libani vertice. Antilibanus Syriæ

contiguus, ad dexteram relinquitur, inde venitur in pagum Cilcons; vbi est Carabassara fornicata, atque in solida rupe excisa, veluti sunt reliqua eius pagi ædificia: inde ad Meridiem instituendum iter transeundusque mons in descensu præceps, indeq́, venitur Damascum.

DAMASCVS metropolis est Syriȩ, pulcherrima totius Orientis, antiquissimaque & hortis pulcherrimis cincta. Hic residet Beglerbegus Turcicus qui huic regioni præest vna cum Iudæa; antea regebatur à Califis, atque olim à Syriȩ regibus. Inde inueniuntur bene culti & fertiles agri, suntque frequentes pagi. Ad dexteram linquuntur Tripolitani montes, & Phœnicia: inde venitur ad Carabassaram, tribus milliarijs Damasco distantem: deinde faciendum iter per saxosa asperaque loca: vnde eæ regioni nomen Trachonitidis inditū: inde Iordanus amnis, lapideo ponte superandus: deinde est Carabassara: indeque venitur ad Mare seu Lacum Tiberiadis, qui non adeo late patet, quin terra circumquaq; conspici possit. Ad eum sunt Choraizim & Bethsaida, nunc pagi, qui ab Iudæis incoluntur, ij circum lacum passim ædificauerunt, & ob piscationes istic constiterunt; inde iter est per pagum Capharnaum, multis fontibus irriguum; indeque per steriles agros (exceptis humidioribus quibusdam locis) iter faciendum: deindeque venitur Nazareth.

NAZARETH exiguus est pagus, inter colles irriguos situs, in regione Galileæ; incolitur Nazareth ab Arabibus viris breuibus & gracilibus, vt sunt reliqui Arabes, inde venitur Napolosam.

NAPO-

NAPOLOSA in acclivi ſita, caſtellum habet vetuſtum; qui Hieroſolymam proficiſcuntur, aut inde redeuntes iſthac iter faciunt, binos in ſingula capita Ducatos pendere debent. Napoloſa aliquorum iudicio antiquitus Sabar vel Sichem dicta fuit; in regione Samariæ eſt. Poſtea Neapolis dicta eſt inde ad Meridiem tenditur per agros ſeſamo & xylo conſitos, veniturque Elpeiro, pagus eſt, in quo Carabaſſara dirutum, contiguum perenni fonti, diſtatque duobus cum ſemiſſe mill. ab Hieroſolyma.

HIEROSOLYMA Turcis vocatur *Gozum Berech*: extructa putatur hæc ciuitas à Melchiſedech. Varia habuit nomina, inter quæ Luza, Iebus, Salem Hieroſolyma, Aelia, ruinam paſſa eſt ab Aſſyrijs, Aegyptijs, Chaldæis, Macedonibus, Romanis, Perſis & Saracenis, à quibus cum vltimo recuperata eſſet, opera Godefridi Bullonæi, conſtitutaque caput regni, capta fuit à Saladino Sultano Cayri, demumque ab Selymo primo Turcarum Imp. adiecta eſt imperio Turcico anno 1515. Vicina Hieroſolymis regio bene culta eſt, naſcuntur in ea Mala, Amygdala, Ficus & Oleæ, quæ multum reddunt olei Habent Oleæ peculiarẽ notam, qua à reliquis differunt: nã Viſcum quod eis innaſcatur, rubris Baccis prædictum eſt, magno colonorum damno, quoniam ſteriles reddit Oleas. Hieroſolymas per pinguia arua venitur Ramam.

RAMA olim ampla fuit vrbs, vt ex ruderibus apparet; nam Ciſternæ & Fornices, quæ ſuperſunt, maiores ſunt Alexandrinis, licet non adeo frequentes, ſitus Ramæ eſt in pingui ſolo & fœcundo; quoniam vero adeo rari ſunt incolæ, vt vix 10. ædes in-

habitentur, agri sunt magna ex parte inculti; coluntur tamen frumentum, hordeum, legumina & paucæ vites. Potior incolarum pars Græci sunt, inde per elegantes planities iter est Gazaram.

GAZARA vltima vrbs Iudææ muris haud est cincta. Veterem habet Arcem quadrāgulam in colle sitam, sed firmam, ei præsidio est Sangiacus. Solū circa vrbem fertile est, abūdatque Ficubus, Oleis, Zizyphis, malis Punicis, cuius fructus sero maturescit, regio. n. est frigidior. Incolæ vrbis sunt Græci, Turcæ, & Arabes. Hi Vineta sua diligenter colunt, inde est Carabassara muris cinctum, atque in castelli modum extructum, propeque magnus est pagus. Hic desinit vberior gleba, incipiuntque arenæ, est itaque Carabassara limes fertilioris soli Palestinæ Carabassarum, cum per Syriam tum per Aegyptum portæ ex ferro sunt; Aream habent, in cuius medio est propugnaculum, quo se conferunt viatores. Intra Carabassaræ muros in parte anteriori sunt Porticus, sub quibus noctu se recipere licet, sicut & pluuio tempore, ac etiam propter æstū diei. Inde secundum mare mediterraneum quod ad dexteram relinquitur, venitur Belbam pagum, indeque ad cuiusdam Carabassaræ rudera: inde per incultam planiciem venitur Salatiam pagum; qui recta Hierosolymis Cayrum proficiscuntur, neque Bilbam, neque Solatiam transeunt, sed alia via proficiscuntur, atque cibos & aquam pro toto itinere secum ferunt, à Salatia præter sterilem planiciem nihil conspicitur, donec veniatur in Bilbem pagū, inde tenditur ad pagum Cataro editiore loco, non procul à Nilo, indeque venitur ad amplum pagum

Ca-

Cana,qui magnitudine respondet Cataro. A Cana per ingentes mollis arenæ campos, tendendum ad Fonedam,quarta miliaris parte distantẽ Cayro.

CAIRVM vrbs in longitudinem magis protenditur,quam in latitudinem,triangulari forma,ampla admodum & laxa,mœnibus percincta, non tamen ab omni parte,quoniam maior eius pars,à Nili riuo alluitur,qui mœniorum vicem illi præbet, vt etiam magna ex parte ipse Nilus.Extra mœniorum ambitum sunt ędificia multa.Arcem in vno eius angulo,in sol da rupe extructam habet, in qua gradus incisi sunt,& magnam habet Aream, ac laxam,vbi iucunda & sana est habitatio, nam ex fenestris vndequaque,quantum oculorum acies ferre potest circumspiciendo,vniuersa fere Aegypti regio apparet, maxima ædificiorum pars gemino pauimento subdiali tecta est,& ædificiorum ianuę adeo angustę & humiles sunt,vt inclinare se ingredi cupientes necesse sit.Satraparum tamen ædes,Europeis similes habent ianuas. Est in hac vrbe structura quædam solidæ turris instar, ex qua Aegypti fertilitas singulis annis æstimatur, obseruando in ea,quantum Nilus excrescat:in ea enim sunt variæ notę,quibus futuri anni vbertatem deprehẽdant; nam quando Nilus supremum foramen attingit, vberrimus est anni illius prouentus,& sic pro altitudine illius iudicăt.Est etiam locus in Cairo,muris cinctus,qui Basestan dicitur,in quo Argentaria aureaq; opera,tũ ex Sericeis staminibus cõtexta,& nõnulla rariora exoticaq; aromata vendũtur, quo plerũq; frequẽs hominũturba cõfluere solet;nã istic quicquid est rari & elegãtis,in tota vrbe inquirendum est.

Sunt vero in Cairo innumeræ Mesquedæ, dicunt aliqui vrbis ambitum esse plus quam octo milliariũ & in ea esse 24000. vicos, qui noctu clauduntur. In hac vrbe vigent negocia magnopere: nam est totius huius regionis Emporium. Incolunt vrbẽ Turcæ, Aegyptij, Arabes, Hebræi, ac aliæ plures nationes, qui quidem incolæ Solis ardoribus vexati, ad arborum perpetuo virentium vmbram confugere coguntur: vnde plerisque in locis, ob hanc causam Sycomoros alunt, & colunt. Sunt autem Cairi horti, tum in ipsa vrbe, tum extra, elegantes, mirumq; in modum amœni, ac diligentissimè consiti, qui præter Oleaceas stirpes, Cassiæ solutiuæ, Sebesten, Acaciæ, Tainaricis, Palmarumq; arboribus, & Sacchari arundinibus repleti sunt. Sepes verò hos hortos ambientes, Chamæleontibus obsitæ sunt. Non longe à Cairo, est Matereæ hortus, Balsami fructicibus consitus, præter alias arbores supra nominatas, quæ sane Balsami planta admodum celebris preciosa raraque est, atque nunc temporis, in solo hoc horto colitur. Supra Matercam, in agro quodã ingens cernitur Obeliscus erectus, & longe maior ac crassior, his qui Alexandriæ sunt, & eo etiam qui Constantinopoli in Hippodromo conspicitur. Pyramides vero Aegypti, adeo à veteribus celebratę, ædito in loco sunt, quæ procul 40. millium passuũ apparere incipiunt. Has Aegyptij Pharaones nuncupant, quæ quidem magis admirandæ videtur prope inspicientibus, quam ab auctoribus descriptæ sunt: nam videntur esse montes immensæ magnitudinis, vnde Romanorum fabricæ & antiqua opera nihil accedunt ad harum Pyramidum splendorem

& su-

& superbiã. Positæ autẽ sunt in loco valde deserto, seu solitudine 4. milliaribus à Cairo distante, vltra Nilum, tertio lapidis iactu; earũ amplissima reliquas etiam præstantia superat, quam omnes scriptores antiqui aspectu admirabilem esse scripserũt: exstructa est gradibus foris prominentibus, atque 324. passus in singula latera habet, vt dimensus fuit Bellonius: à Basi ad cacumen continet 250. gradus, quorum singuli altitudinem habent quinque Solearum Calcei, nouem Pollicum longitudinis, adeo vastæ latitudinis est hæc moles, vt peritissimus ac validissimus Sagittarius, in eius fastigio existens, atque Sagittam in aerem emittens, tam validè eam eiaculari nõ poterit, vt extra molis Basim decidat, sed in ipsos gradus cadat. Fastigium eius in planiciem desinit, duos passus in Diametro patentem, in quam 50. homines consistere queant. Aliæ etiam duæ Pyramides, sunt etiam immensæ magnitudinis, sed longe minores prima: Harum trium minima, sui parte tertia maior est ea, quæ apud Testaceũ montem est Romæ. Præter has tres plurimæ aliæ minores, hinc inde per arenosum illud Solum sparsæ sunt, plus quam centum, quarum ne vncia quidẽ adeo vitiata reperitur, vti Romana: paululum vero infra amplissimam Pyramidem est Colossus *Sphyngis* ingens, Nili alueo vicinus, spectatæ magnitudinis, cuius descriptio apud Herodotum Plinium & alios habetur.

ITER AVGVSTA VINDELICORVM OVVAR, vulgo Altenburg: IAVERAM, vulgo Raab, ALBAM REGALEM, vulgo Stulvveissenb,

Viennam vsque numeran. in præcedēti itinere mil. 71. o. *Prucken* 4. o. *Ovvar* 4. Simul 79.

OVVar, Hungariæ castrum sonans, arx est Pānoniæ superiori, loco paludoso & quasi inaccesso, sex propugnaculis, eleganti Architectonica dispositione ex Cespite firma, & permultis æneis machinis instructa, ad vicinorum locorū tutelam, præsidium militare tenet. Riuulum perēne excipit, qui suspicientem aquam ad fouearum conseruationem præbet. Arcis Gubernator hic habet suum palatium, prout etiam milites præsidiarij, habitationes suas & casulas eleganter dispositas. In foro sunt ædes ligneæ in quibus captiui Turcæ detinentur, donec persoluto lytro, aut aliorum Christianorum captiuorum permutatione dimittantur. In arcis aditu, multa hostium cæsorum capita, sudibus infixa videntur. o. *Raab* 5.

IAVERA ciuitas iacet in barbarico ad sinistrā defluentis Danubij ripam extensa ad dexterum latus amnis, ibi Danubium influentis, cui nomen à nigredine Coruus est: à quo etiam nunc vulgo idiomate Germanico vrbem ipsam Rab vel Raff nuncupant. Episcopatu est insignis, & mercatura negociationibusque pro temporum statu nō infrequēs obsitus opportunitatem. Natura etenim loci vrbs valde firma est, paludibus, Coruo, ac Danubio magna ex parte cincta. Castri reliquiæ antiquæ, & Cippi sepulchrales, cum sculpturis & imaginibus togati templi parietibus inserti, demonstrant vrbis vetustatem, & Romanorum olim eo loci fuisse hiberna. Nostro seculo tandem Diui Cæsaris Augusti Ferdinandus & Maximilianus Imperatores muris in-

xis ingentibus fossis ac propugnaculis amplissimis ideo muniuerunt, vt nunc videatur inexpugnabilis. Duo valida semper illam obtinent præsidia, Hungarorum videlicet Equitum, & Germanorum peditum, quæ perpetuis eam excubijs ac stationibus aduersus Turcarum insultus, insidiasque tutantur. Arcis muri, aggeres, fossæ ac propugnacula, ab Architectis peritissimis sunt elaborata, multa hic tormenta, machinæque bellicæ depulsoriæ, penetraturque per meatus concameratos sub Aggeribus, è quibus fossæ defendi & propugnaculis laborantibus dari auxilia possunt. Propugnaculorum atque Mœniorum structura eximia est. Fossæ latæ ac profundæ. Armamentarium hic est rebus bellicis instructissimum, nec desunt Granaria. Est quoque alta turris, ex qua situm vrbis, Danubij cursum circumiectæque regioni, tractum ac oppida contemplari possunt.

o. *Daten* 2. *Zyrack* 3. *Papotz* 2. o. *Ketzevv* 2. o. *Papa* 2. *Lefelt* 2. *Vsauvv* 1. o. *VVesprinium* 1½. *Brinbia* 2. o. *Stulvveissenburg* 1½. Simul 19.

ALBA REGALIS vulgo StulVVeissenburg, ob id Regalis cognomentum tulit, quod ibi per antiquo solennique gentis ritu, noui Reges coronarentur, ac eodem in templo, priscorum Regum sepulchra, cum rerum gestarum titulis viserentur.

ITER AVGVSTA VINDELICORVM MONACHVM, SALTZBVRGVM, GRATZIVM.

Otmaring 2. *Pacheren* ½. *Vogach* 1. *Maisach* ¼. *Ending* ½. *Mentzing* 1. o. *Munchen* 1. Simul 8½.

Aliud

Aliud ITER.

Kißing 1½. Mittelfelt. Pruck 3. Bauchstain ½. Aubing 1½. Pasing ½. o Munchen 1. Simul 8.

MONACHVM vulgo Munchen oppidum, situm est ad Isaram in Danubio profluentē, extructum ab Henrico Duce Bauariæ Anno 1462. sub Ottone I. Imp. Nomen autem sumsisse fertur à Monacho, quod in extructione ciuitatis, Monachi sit inuentum caput. Anno 1157. ab Ottone Bauariæ Duce muris cinctum est. Postea à varijs, vario modo fuit auctum. Hoc tempore, hæc ciuitas reliquas Germaniæ, amœnitate vincere dicitur, quare etiā dignissimè habita est, vt Principis esset sedes. Vrbis huius tam externus, quam internus situs, multis opportunitatibus est amœnissimus, aere temperato saluberrimus, inter Oenum & Lycum amnes: illum Orientalem, hunc Occidentalem, vtrumq; vnius diei itinere distantem. Isara medius interlabitur: ab Oriente VVasserburgū, ab occidente Augustam, à Septen. Frisingam, à meridie verò cū pulcherrimos, & diuersis piscium delicatissimorum generibus abundantes lacus, tum varia quasi de industria & arte ad amœnitatem consita nemora habet passim circumquaque, numerosis diuersarum ferarum, præcipue verò Ceruorum cateruatim discurrentium gregibus, referta. Montes Tyrolenses, tanquam præ foribus, meridiē versus aspicit. Hortos suburbanos, orienti Soli expositos, limpidissimi riuuli, ex amne deducti, murmure gratissimo præterlabente, rigant, mirificeque recreat. Nouus ipsius Ducis, iuxta nouum Castrum hortus præter artificiosum fontem, & domum æstiuam, pulcherrimis

rimis picturis ac statuis ornatam, hoc singulare habet, quod vix vspiam alibi reperire sit vt crepusculo appetente vespertino, magnus Ceruorum grex, interdum centum aut plurium, sub ipsas propemodum fenestras sponte accedat: Si in ipsam vrbem ingrediamur, videre est quam latæ, quam nitidæ plateæ: quam superbis splendescant ædificijs: quantam denique vtilitatem, quantamque voluptatem Canales ex Isaræ aluco, triplici diuertigio introducti ciuibus adferant. Templa hic varia, sed duo turribus altissimis præ ceteris eminent, quæ & parochiæ & collegiatæ sunt, D. Petri & Deiparæ virginis, in quo Mausoleum Bauariæ Ducum, vbi & Ludouicus IV. huius nominis Imp. sepultus. Turres templi binæ, columnarum instar, eadem altitudine ad 333. pedes assurgunt. Organum eius templi maius compactum est fistulis ligneis ex Buxo tornatilibus, tantæ quidem capacitatis, vt vix vspiam tantæ conspiciantur ex plumbo & stanno fusiles. Inter ædificia noua, quibus vrbs indies magis illustratur, præcipuum est templum D. Michaeli Archangelo dicatum, vna cum integris ijsque amplissimis ædibus, quibus scholæ coniunctæ sunt. Aliud ædificium nouum, vt nouo castro maiorem splendorem commoditatemque adferat, iuxta interiorem hortum, quem variæ, variarum elegantiarum delitiæ exornant constructum, cui vicina Bibliotheca est, 40. circiter millibus voluminum (quorũ non exigua pars, diuersarum linguarum manu scripti sunt) seorsum & scitissimè compactorum referta, Theatro peramplo & amœno distincta. Infra vero hoc Theatrum, Statuarium est, antiquissimorũ monu-

monumentorum atque imaginum, quę Roma, & aliunde magno ære aliunde congestæ sunt, ditissimũ castro nouo per anfractum adhæret Atrium, omni elegantiarum & delitiarum genere, quas vel natura, vel hominum ars, subtiles, & ad miraculum stupendas dedit, instructum; in quod quotiescumque quis vel curiosissimus ingrediatur quod admiretur inuenit: vsque adeo vaga ibi rerum suppellex, atq; varietas conspicitur. In Curia Ducali veteri, aluntur Tygrides, Vrsi, Lynces, Leones quorum femellæ catulos frequenter pariunt. Fontem Princeps Ferdinandus, ad maiorem vrbis amœnitatem, publicæ voluptati ante palatium suum, canalibus eduxit, quem æneæ magni artificij statuæ, quatuor elementa referentes, & exilientis & galeatum cristatũq; equitem, portantis Equi simulachrum circumstans, exornat. Artificia, quę apud alias gentes, in vsu & precio sunt, hic introducuntur, vt instituta nuper vitriaria & textura holoserica. Forum nobilitatur imprimis vini aduectitij, & rei frumentariæ mercatu. Conficiuntur autem hic merces plurimæ, quæ ad diuersas prouincias exportantur. Populi frequentia tanta est, vt, 18000. familiarum recenseantur, nec omnes recipi queant: quin in horreis multi, & in angulis habitare cogũtur, vt 4. aut 5. nunquam reperiantur familiæ, quibus vnum tantum hypocaustum suppetat. Celebriorem hanc vrbem & frequentiorem facit quod ex diuersis vndique nationibus, diuersi huc nobiles & artifices, benignitate Principis illecti, cõfluunt. Multi hic Comites, multi Barones, & maiorum gentium nobiles hic agunt.

Trach-

Truchtering 1. Zornalting 2. Ebersberg 1 Pfeffing 1½ Wasserburg 1½. Obing 2. Altmark 1. Perchenstain 1. Waging 2½. Protting 1. Prothausen 2. Lisering ½ o. Saltzburg ½. Simul 17½.

SALTSBURGUM vulgo Saltzburg, vrbs est nobilis antiquitate, & opulenta mercimonijs, eam olim Hadrianam dictam fuisse produnt historici, fortalsis à colonia eò deducta, Hadriani Imp. auspicijs, quem restitutorem Orbis terrarum prouinciarumque, nummi veteres plures appellant, qui in eius honorem cusi reperiuntur. Postea Iuuaniã à vicino castro & flumine appellatam quoque fuisse testantur Annales veteres Archiepiscoporum eius vrbis. & versus antiqui in templo qui legũtur exarati: *Tunc Hadriana vetus, quæ post Iuvania dicta*
Præsidialis erat, Noricis & Episcopo digna
Rudburti sedes, qui fidem contulit illis
Christi, quam retinet Saltzburgum sero vocatæ.

Et meminerunt Iuuaniæ itineraria Romana, inter Laureacum & Oenipontem, hanc non semel locantes. Postea vero IuuanijFluminis nomen, incertum qua de causa mutassent incolæ, Saltzam linguã populari appellantes, à Salinis forte propinquis; tum & vrbis nomen mutari in Saltzburgum cœpit. In vrbe Palatium est amplissimum Cæsarum ac Regum plurimorum hospitio nobilem, cuius ædificiorum forma augusta, Cęnacula, Porticus, Atria, Xystus, admodum spaciosi, tabulis pictis ac Chorographicis ornamentisque suis omnibus opulenter instructi, parietes acemis tabulis vestiti, sculptilibus parergis elegãtibus conspicui: tecta ac lacunaria auro & argento laqueata, Picturis, Sculpturisq;

arti-

artificiosis distincta: Cubicula, Thoris Aulæis & stragulis, & Holoserico atque omnigena preciosa supellectilis synthesi adornatissima: horti amœnissimi, fontium artificiosis scaturiginibus, & diligenti arborum herbarumque cultura, spaciosa sunt. Templum cathedrale D. Petri, structura, operibusque peramplis & vetustate venerandum est. Vltra flumen Arx in eminenti montis specula posita est, ex qua tueri vrbem, & hostiũ insultus procul arceri possunt.

S. Egidij 4. Strobel am See 2. Am lauffer 2. Aussee 2. Mitterdorff 2. Enspruck 2. Rotenman 2. S. Lorentz Trieben 1. Guyssarn 1. Ans Gries Kailvvang 1. Mauteren 1. Kamer 1. Trase 1. S Peter 1. o Leuben 1. o. Pruck an der Muhr 2. Rottelstain 1. Fronleiten 1. Veystritz 1. Gradvvein 1. o Gratz 2.

Simul 32.

GREZA VALERIAE Metropolis, à Diocletiani filia dicta est, teste Ammiano.

ITER AVGVSTA VINDEL. VILLACHVM & LAVBACVM.

Saltzburgum vsque numerantur in præcedenti itinere, mill. 25½

Hallel 2. Kuchel 1. Goling 1. o VVerffen 2. Hutte bos. 2. Rastat 2. Ad pedes montis vsq; 1. ad Hospitium, à vertice montis vsque 1. Im Gzvveng ad inferiora montis 1. Mauterdorff 1. S. Michel 1. Transi montem Katzberg Reinbech 1. Kleinseebruck 1. est in Carinthia, hic Imp. Vectigal soluitur. o Gmind 1. o Spital 2. S. Paternravv 2. o. Villach 2.

Simul 49½.

Villa-

VILLACHVM, vulgo Villach veteres Forum Vbij dixere. Duabus vijs Alpes, Forum Iulij cingentes patent; vna versus Septentrionem, descensu per iuga montium amni Sontio vicinorum, iuxta Villachum: altera versus exortum Solis, per Gertrudis Lucum, vsque ad Lupianam vel Labatũ amnem, nunc Quietum.

o. *Crainburg* 6. o. *Laubach* 6. Simul 6.

ITER AVGVSTA VINDELICORVM AQVILEGIAM.

Villachum in itinere praecedenti numerantur mil. 49½.
Arnolstain 2. *Terl* 1. *Klein Tarvis* 2.
Mal Borgetto 1. *Ponteasella* 1½. Simul 57.
Sequentia sunt mill. Italica,
Sclusa 6. *Resiotta aut Velach* 5. o. *Venzon* 7. Simul 18

VENTIONIS Vicus, vulgo Venzon, ditionis Venetorum, & Archiducum Austriae, Stiriae, Carinthiaeque terminus.

o. *Geniona* 2. *Tricesenir* 7. o. *Vdene* 7. Simul 16.

VTINA vulgo Vdene vrbs est campestris situ, in colle scilicet hominum operis facto. Ad collis cui Arx permunita insidet radices, forum est spaciosissimum in quo mercatorum certis tẽporibus nundinarij conuentus habentur: praeterea forum variè cingunt artificum officinae. Rebus ad vsum mortalium necessarijs affluit Vtina indigenis summi ingenij, tum admodum magnificis ac nobilibus. *Palma* 8.

PALMA in patria Foro Iuliensi à Venetis aedificata est, ad maris Adriatici ostium quod fuit praeteritis seculis Italiae calamitatibus quasi fatale, nã

D barba

barbaræ quæcumque nationes illac, ad prouinciã hanc vaſtandam & ſubiugandam,ſibi fecere aditũ; & Turcæ ipſi,olim vicinas regiones vexauerunt; & quibus non erit illud in poſterum, per gratiam Dei,tam facile,nouem habet propugnacula; quæ à ſe inuicem diſtant ducentis paſſibus, circa hæc platea,pro ordinanda acie,& mœnibus defendendis. Foſſæ aquis inſtructæ,quæ eam ambiunt, largæ sũt paſſus 30.profundæ 12. Portas habet tres & Areas ſpacioſas 9.Viæ, ex propugnaculis ad cẽtrum ſunt; in quo turris munitiſſima,ciuitatis ſubſidium.Habetque Diametrum ſexcentorum paſſuum.

Aquileia 12.

AQVILEGIA vulgo Aquileia vrbs, nunc infrequens colonis eſt,quæ quondam in ſummo ſplẽdore ſummaque amplitudine fuit.

Tybein 6. *Duino*.

DVINVM vulgo Duino edito in iugo munitiſſimum,opulentum ac nobile eſt caſtellum.

S. Paul 3. *Broſec* 4 o *Trieſt* 3.

Simul 10.

ITER AVGVSTA VINDELI. CIRELLVM, vulgo Czierle: OENIPONTEM,vulgo Inſpruck STERCZINGAM: BRIXINAM: POZZENVM, vulgo Boczy: TRIDENTVM, vulgo Trent.

Hieſta 1. *Stadel* 4. *Landſperg* 2. Simul 7.

LANDSPERGVM vulgo Landſperg oppidum eſt Ducis Bauariæ. Habet fontem pulcherrimum & limpidiſſimum, ſcaturigine multiuaga, & arcẽ in mõtis ſũmitate. Itẽ collegiũ Ieſuitarũ nouiter ibi extructũ,cũ tẽplo magnifico.

Ronne

Romakessel 1. Thenhausen 1. o. *Schongau 2.* Simul 4.

SCHONGAVIA, vulgo Schongavv elegans est oppidum Ducis Bauariæ in quo omnis generis instrumenta musica conficiuntur, imprimis commẽdantur Testudines ibi factæ. Hinc incipiunt montana. o. *Raitenbuch 1. VVursavv Amberg superius.* o. *Real 2½. Partenkirchen 1½. Transi montem Mittenvvalt 2. Transi montem Schernitz Seefelt 2. Transi montem Czierle 1.* Simul 10.

Iuxta, Cirellum vulgo Czerle pagum, trium ferè horarum itinere ab Oeniponte oppido, montes sunt Ibicum venationibus oportuni; vbi imminẽt viæ militari in cælum erecti Scopuli abruptissimi, murorum solidorum ingentium forma, montium parietes idcirco vocantur. Ad quorum radices in rupe non alta, supra viam, habent Principes Austriaci domum venatoriam, cũ Porticu, vnde prospici commodè venatio à longe potest. A Cirello non procul loculus est, in sublimi Rupis pariete inclsus, & in eo posita imago crucifixi Seruatoris nostri, lignea, altitudinis vt ferunt, 40. circiter pedũ, quæ ab imo cernentibus vix bipedalis apparet.

Hic vbi sectatus, ter Maximus Aemilianus
Alta in rupe capras, finijsset turpiter æuum
Ni ad maiora virum Deus seruasset, opemque
Auxilio agricolæ, pene ipsa in morte tulisset.

o. *Inspruck* 2.

OENIPONS vulgo Inspruck, vrbs, comitatus Tirolensis est metropolis, ad fluuij dexteram ripam sita. In ea Camera & Parlamentum est regionis, & superiorũ regionũ Austriacarum. Hic & palatiũ regio sumptu splẽdidè exornatũ, ꝙ multorũ

Cæſarum Auſtriacorum fuit domicilium. Id Atria habet magnifica, Cametas, Porticus, Sacella Xyſtos, ſupellectile regia, Auleis, picturis ornamentiſque omnibus inſtructiſſimos: hortos, artificioſis fontium ſcaturiginibus amœnos. Videre eſt in ſpacio pulcherrimoque cœnaculo, generoſam illā Auſtriacam ſobolem, floretiſſimos ævi noſtri principes, in tabulis, ad veram effigiemTitiani peritiſſimi pictoris ingenioſa manu, coloribus imitatos. In eiuſdem Palatij Armamentario, monſtratur per ſpacioſa Tabulata armorum telorumq; omnis generis multiplex copia, exuuiæ & hoſtium ſpolia inſignia: Perſici Acinaces, Sagaces (nunc vocant) Scythicæ, Samatræ Daricæ, SariſſæMacedonicæ, Ithrei arcus, & Sagittæ: nec non Pharetræ, varijs picturis & coloribus ornatæ. Sed imprimis ſpectatoribus placet Equeſtrium ſtatuarum Turca, Barbarorum Principum ac Ducum veris armis & ſpolijs opulentiſſimis inſtructa. Viſunturque in ſuo ſinguli apparatu Bellico, veſtituq; militari, Numidæ, Mauri, Parti, Traces, Theſſali, Pannones, cataphractiq; Germani. Oenipontem exornat cœnobium Ieſuitarum & Franciſcanorum monaſterium vicinum cum templo pulcherrimo, opus magnificum, quod D. Ferdinandus Auguſtus, è quadrato Saxo magnis impenſis conſtruxit. Præter ornamenta, imprimis conſpicuum eſt, in eius medio intrantibus obuium Imperatoris Maximiliani primi monumentum, artificio, ſignis, & marmorum variorum prætio ſumptuoſum & auguſtum, quod Avopij NepotesCarolus V. & Ferdinandus Aug. poſuere. Morantur aduenarum atque intuentium oculos artificioſiſſima

ſigna,

ſigna,imagines,ac tabellæ,in lateribusMonumenti,ex Pavio marmore, in quibus Maximiliani Auguſti,res pace belloque præclarè geſtæ,opere ſculptili pulcherrime repręſentantur. Circumſtant ab vtroque Monumenti latere per intercolumnia tépli,veterum Auſtriæ domus Heroum, humana ſtatura maiores,imo decupedales æneæ ſtatuæ, ad viuum,in habitu atque armatura antiqua, pro more cuiuſque ſeculi,factæ, cum titulis & elogijs ſuis, haud mediocrem maieſtatem præ ſe ferentes. Non procul ab vrbe Oeniponte,in Oeni inſula, Mulbachi eſt Armamentarium Archiducum, in quo ſunt machinæ bellicæ & ænea tormenta vaſtæ magnitudinis ac ponderis ingentis, quibus propugnacula, Muri & turres expugnantur,vrbes euertuntur. Videntur ibi ferrariæ officinæ, in quibus Thoraces, Galeæ,Clypei,Ocreæ, & ferrea indumenta, quæuis cuduntur poliunturque. Formantur quoque ibi terebanturque ferreæ fiſtulæ, per quæ plumbei globi,puluere ſulphureo prius iniecto, ſumma vi torquentur in hoſtes;Equos,homineſque cataphractos facile proſternunt lethali vulnere. Vicina eſt villa Ferdinandi Archiducis ſuburbana, quæ cum triplicibus antiquorum Romanorum villis, opulentia & magnitudine certare poteſt; poſita eſt in Cliuo,ſub montium iugis altiſſimis inOeni valle, occupans perampla latifundia. Etenim præter ruſticas & fructuarias ſuas ſtationes, habet in colle poſitum Palatij inſtar Prætorium,vt veteres appellabant, villamve pulcherrimam elegantia ſtructuræ,ſitus amœnitate, picturis regiæque ſupellectilis nitore prorſus vrbanam, quam idem Princeps

 extrui

extrui curauit sibi,auliceque vniuersæ cohorti suę ad æstiuandum commodissimam.In cliuis ac vallibus sunt Stagna,Piscinæ, lacus, Viuaria nobilium piscium:illinc Vineæ,Pomaria, syluæ, leporaria, Saltus & Ferarum viuaria.In prætorio illo visuntur elegantes apparatus,Atria, Porticus & Triclinia,Aulæis,signis & tabulis pictis ornatissima. In aula perampla videtur Comitum Tirolensium, ab initio ad nostra vsque tempora successio,cum Elogijs rerum gestarum vniuscuiusque principis: Gyneceum,cubiculis varijs pulcherrimè distinctum, Horti pensiles,& Apiaria æneis retibus conclusa, item Armamentorium in superiore tabulato spaciosissimum,in quo tanta vis armorum,atque telorum omnis generis est congesta,vt ex eodem,velut ex equo Troiano,cohortes aliquot armatura plena instructæ,breui spacio possent erumpere. Hic est,paradromus Equestris,Stadium,Sphæristerium & alia septa,in quibus iuentus nobilis solet exercitari, transitur deinde in hortos excultissimos vbi visuntur paradysi, labyrinthi, & Nympharum diuersa Sacella, fontibus artificiosis irrigua, quorum scaturigines multas,varijs in locis abũde suppeditant torrentes, è vicinis montibus per subterraneos Tubulos ducti,placent Hypathræ & subdiales cœnationes, Topiarijs pulcherrimis vestitæ, & imprimis illa rotunda ad radicem vicini montis,in cuius medio,mensam aceruam rotundam simul cum conuiuis assidentibus aquariæ rotæ sub cænatione laborantes, vel leniter vel raptim circumagere,& conuiuas si ita placeret,vertigine inebriare poterant.

Matran

Matran 1. *Steinach* ½. *Luo* 1.
Transcendendi vasti Pyrenæi, vulgo Brenner Saltus & Scopuli, cui niue tincta coma est, glacie riget aspera barba. *Gossensasz* 2. *Stercingen* ½.
Simul 6.

STERCZINGVM nonnullis Stiriacum dictum, vulgo Sterczingen oppidum, argẽti fodinis, celebre, non minus quã Suacium in Oeni valle est. *Beisser* 2. *Contendendum per saltus & salebrosas Alpium cautes.* o. *Brixen* 2.
Simul 4.

BRIXINA, vulgo Brixen in comitatu Tirolensi sita est, vbi Rien eius ignobilis fluuius in Isaram influit, qui deinde auctior factus, Alueo saxoso & inæquali ad Bolzanum in Athesim exoneratur. Est autem Brixina aeris temperie totius regionis præstantissima: vt quæ in vmbilico fere comitatus sita, nec Italici cæli æstiuo Caumate aduratur nec Hyberno frigore, à summis Alpibus imminentibus obrigescat. Aquarum vero fontiumque summa est salubritas, ex quibus ille, qui vulgo Virgineus nuncupatur, merito nominatissimus habetur. Ager Brixinensis altissimis vndique montibus cingitur, estque autumnalium præstantissimorum, aliarumque frugum, viniq́ue apprimè ferax. Verum cum albũ sit mediocre, rubro tanta est præstantia, vt ad remotissima loca, ingenti sane pretio vehantur, vnisque fere Principum mensis ad eximium conuiuiorum decus, reseruetur. Cathedralem Ecclesiam habet Brixina valde insignem, vnamque collegiatã, Episcopalem fere sedẽ antiquissimam. Episcopus ipse vtriusq; potestatis, tã secularis, quã spiritualis ius habet, estq; imperij Princeps.

Cluse 2.	*Kolman* 1.	*Artzvvang* 1.
Blumavv 1.	o. *Boczy* 1.	Simul 6.

POZZANVM vulgo Boczy, municipium est perlautum, ac opulentum emporio. Nam statis anni temporibus celebrantur binundinæ ob loci opportunitatem, quibus eo confluunt mercatores, ex Italia, Gallijs, Germania & Illyrico. Itali mutata nonnihil voce Bolzan nunc appellant.

Nevvmarckt 3.	*Salurn* 1.	*S. Michel* 1.
Neves 1.	*Trento* 1.	Simul 7.

TRIDENTVM vulgo Trent ciuitas est, à veteribus sic appellata, & à Ptolomæo Cenomanis attributa. Nominis etymon & causam variè prodiderunt auctores. Situm est Tridentum intra montes, in profundissima valla, ad ripam Athesis, spacio non magna sed pulchra, Italis Germanisq; mixtim habitata, Domos habet humiles. Arx in ea pulcherrima, à Bernardo Cæsio Cardinale, ad ornatum magis & splendorem, quam ad tuendam vrbem ædificata, in qua multa Conclauia picturis varijs ornata.

FINIS.

SECVNDA PARS
DELICIARVM ET ITINERARII GERMANIAE.

ITER AVGVSTA VINDELICORVM MEMMINGIACVM quousque numerantur milliaria 8. inde LINDAVIAM, quæ distat MEMMINGIACO mill. 8. deinde SANGALLI oppidum quod abest LINDAVIA mill. 2. postea SEDVNVM VALESIAE oppidum primarium, inter quod & SANGALLI oppidum est distantia mill. 19. Simul 37. mill.

Bobingen 1. *Symmach* 2. *Angelberg* 1. *Mindelhaim* 1 *VVesterhaim* 1½. o. *Memmingen* 1½. Simul 8.

MEMMINGIACVM vulgo Memmingen, Algauiæ oppidum, propter chartam, quæ ibi cnnficitur per vniuersam Germaniam, celebris est.

Leukirch 3. *VVangen* 2. *Nevv Ravēspurg* 1. o. *Lindav* 1. Simul 7.

LINDAVIA, seu LINDOIA vulgo Lindavv, oppidum Imperiale situm in insula Acronij lacus, aquis vndique & fluctibus circundatum, nulla sui parte continentem tangit, nisi vbi lapideo ponte, qui 290. passus in longitudine habet, terræ annectitur. Locus est admodum amœnus & salubris, vētis omnibus peruius: aquam fon-

tanam & viuam, agrum circumcirca fertilem, omnia quæ ad victum pertinent, facile comparatu habens. Aedificijs satis splendidis ornata est Lindauia, nulli non negociorum generi oportuna: natura firma, & aduersus hostium inopinatas incursiones tuta. In eius occidentali latere haud paruo ambitu, magna vinearum copia colitur; & spacium illud mœnijs & fossa, duobusq; cum portis, tum sublicijs pōtibus ab opido discretum, insulæ nomē, ab antiquo etiam apud vulgus obtinet: in eo hodie piscatores solum nauiumq; Architectores, cum paucis aliquot textoribus habitant. De eius opidi origine, aut primis incolis, historiarum penuria nihil exacti haberi potest: coniectura tamen, ex Strabonis Geographia colligitur, Romanos, sub tempore Octauiani Augusti, insulam hanc post deuictos Rhetos occupasse, præsidio propugnaculisque sibi & suis contra Vindelicos communijsse: extat enim adhuc fortissima, vetustissimaque ac semidiruta turris, ex quadrato Silice, à dexteris mox pedestri itinere oppidum ingredienti, constructa: vulgo die Heyden Maur, murus Gentilium dicta, quæ testatur Tiberij, Neronis vitrici, sui legati nō autē Barbarorum industria, opus illud exædificatū.

Rheineck 1½. *S. Gall* ½. Simul 2.

S. GALLI oppidum, vulgo S. Gall, primum fuit nobilium & ignobilium schola, ex qua multi viri docti prodierunt, vt etiam aliquando sesqui cētum studiosi & fratres illic fuerint enutriti, nulla alia cura distracti, quam vt literarum studio, & ingeniosioribus artificis, quæ nobiles decent, animum intenderent. Situs monasterij est intra mœnia op-

nia oppidi, habetque paucas domos inclusas, atque hortos duos, reliqua planicies, quæ diu noctuque absque maceria patent, sunt ciuitatis, omniaque includuntur muro & turribus ciuitatis, intra circum monasterij, patet locus immunitatis ijs, qui non capitaliter præuaricantur, maleficium vero seu crimen capitale, per ciuitatis Iudicem punitur, si sit notorium &c. Situm est S. Gallum iuxta & partim intra montes, in fundo agresti, sed habet prospectum amœnum, aerem salubrem, atque aquam optimam, prædia denique mediocriter bona. Est populo diues, & ciuili ordine composita, operantur ciues in ea variam lini texturam, habentque viros ingeniosos & mercatores, varias callētes linguas, quorum negociatio extenditur fere in totum Christianitatis orbem, non sine magna commoditate adiacentium terrarum & populorum. Habent interim negociatores suum lucrum, sed non sine periculo, quod non expectant vicini, qui suos labores, cum emolumento vendunt. Vitæ necessaria potest oppidum commode habere, à vicinis terris, puta pisces, carnes, lacticinia & reliqua. Frumentum petit à regione Pedamicum lacum attingente, ad quem est iter 3. horarum.

Herisorv ½. *VVatvveil* 1. *Iberg* ¼. *Hurus* ¾.
Fischental ½. *VVesen* 1. *Neneis* ½. *Glarus* ½.
o. *Altorff* 2. *Sillenen* 1. *Gestinum* ½. *Vrseren* 1.
Hospital ½. *Transcende montem S. Gothardi. Goms* 2.
Borgo. 1. o. *Annen* ½. o.{*Naters* 1. *Paren* 1½.
Salget 1. *Gradetsch* 1.
S. Lienhart ¼. o. *Sitten* ¾.

Simul 19.

SEDV-

o. Schwitz. $2\frac{1}{2}$. Simul $24\frac{1}{2}$.

SVICIA vulgo Schvvitz, oppidum vniuersæ Heluetiæ nomen communicat, nam ab ijs primum ædificatũ eſt, qui ex Sueciæ regno nouis quærendis ſedibus huc profugerant. Ex tribus pagis eſt vnus, qui contra nobilium inſolentiam fœdere cõiuncti fuerunt. robuſtos belloque potentes homines edit, qui frequenter hoſtibus incuſſerunt terrorem: ex ijs rebus, quæ terra compaſcua ex ſe fundit, fere omnes vitam ſuſtentant. Ab hoc oppido ſiue pago exteri Heluetios nuncupant Suitzeros, vel quod primo pro libertate in ipſorum Agro pugnatum ſit: vel quia diutiſſime cum Eremitanis vulgo Einſidlern contenderunt, & primi omnium ex pagis tribus, Auſtriorum eruptioni expoſiti fuerunt, & inter tres pagos maxima eorum fuerit potentia, nomine eorum, vt celeberrimi, reliqui etiam pagi ſunt comprehenſi, & ab his deinde nomẽ ad omnes confœderatos dimanauit.

ITER AVGVSTA VINDEL. CONSTANTIAM, TIGVRVM & LVCERNAM.

Memmingia cum vſque numerantur 8. Wurtzach 3.
o. Rauenſpurg 3. Marchdorff $2\frac{1}{2}$. *Merſpurg 1.*
o. Coſtentz 1. Simul $18\frac{1}{2}$.

CONSTANTIA vulgo Coſtentz, ad effluentem ex Acronio lacu Rhenum, & Veneto ſe immergentem ſita, à caſtris Conſtantij originem habet, quæ Conſtantius illic exædificauit pro militum præſidijs, aduerſus Alemannorum excurſiones excubantibus, vnde conijcere licet, limitem illum Rhetiæ & Alemanniæ, non ita procul

abfuiſſe

qui hic desinit, excluditque amnem Lindinagum vulgo Limmat dictum, quem haud procul à Glarona recipit, & diuidit vrbem in duas ciuitates maiorem & minorem, quæ tamen tribus coniunguntur pontibus, in quibus frequentes ciuium fiunt deambulationes. Solum per circuitum ciuitatis est valde fœcundum feraxque vini & frumenti plurimi. Vinum tamen plerumq; est subacerbum, nec potest ob vicinas Alpes ad perfectã peruenire maturitatem, mitescit à sua austeritate, post aliquot annos, in penuario conseruatum. Extenditur mons ad Orientem ciuitatis & lacus, fere ad 3. miliaria, perpetuis consitus vitibus. Est quoque in ciuitate amplissimum frumenti forum, quod vndique aduectum & distractum per lacum Tigurinensem, ducitur ad loca Heluetiorum superiora, præsertim ad Glaronam. Quin & ex eo lacu, in alium transportatum lacum, quem vulgo VValstetensem lacũ vocant, qui longitudine duorum miliariorum Germanicorum inter altissimas & præcipites rupes & montes patet, transuehitur ad Churiam & Grisones ipsos itinere 12. miliariorum. Est autem forum illud hebdomadarium. Quam bonis piscibus abũdet lacus Tigurinus, præsertim assatilibus, nouerunt hi, qui in hac vrbe fuerunt. Quando vero & à quo, prima huius vrbis iacta sint fundamenta non constat, maior Ecclesia Canonicorum fuit fundata ante tempora Caroli Magni. Deinde idem Carolus auxit fundationem illam, circa annum Christi 810. vocaturq; Ecclesia, prępositura SS. Felicis & Regulæ. Anno Christi 853. fundauit Ludouicus rex Germaniæ, nepos Caroli Mag. Abbatiã dominarũ, quæ

quæ vulgo Fravven Munſter vocatur, ex patrimonio Ruperti ducis Alemaniæ, quod ille deſignauerat & tradiderat Regi Ludouico, etiamſi idem Ludouicus ex ſuis bonis nonnihil quoque contribuerit. Prima Abbatiſſa fuit Hildegardis, filia iam dicti Ludouici.

Kilberg ½. o. *Cappel* 1. *Steinhauſen* ½. *RRot* 1. o. *Lucern* ½. Simul 3½.

LVCERNA vulgo Lucern, oppidum ſitum eſt ad fluuiũ Ruſam, qua is effluit ex lacu amplo, & per quem ad tres pagos nauigatur, ad pedem altiſſimi montis, quam fractum montem, & Pilati montem vulgo nominant. Locus vrbi commodus eſt, quod hac iter ſit in Italiam, per Alpes Lepontias, quem montem Gothardi hodie nuncupant, hinc merces ad alpes ſubuehuntur indeque in Italiam clitellarijs iumentis, & viciſſim Italiæ merces, per Lacum & Ruſam fluuium in Rhenum, ac porro in Oceanum deſcendunt. Origo vrbis incerta eſt, vtrinque ad flumen extitiſſe caſtella ſingula traditur (hodie ſunt ciuium ædes) quæ ab Alemannis extructa creduntur. Vrbs nomen cepiſſe videtur à Lucerna, quæ forte illic noctu in vſum nauigantium ponebatur, atque huic rei credibile eſt, inſeruijſſe Turrim illam vetuſtam, quæ ad ſuperiorem pontem, hodie ab aquis nomen habet, Pharos, antiqui huius generis turres appellauerunt. Tradunt Annales domeſtici Lucernates, Carolo Magno aduerſus Saracenos militaſſe, & ab eo, cũ priuilegio quędam conſequutos, tum cornuum vſum, quibus adhuc claſſicum tempore belli canunt.

Ramoos 1. *Langenavv* 1. *Biglen* 1 o.*Bern* 1
Simul 4

VRSINA ciuitas vulgo Bern, si annos numeres non admodum vetusta est, si situm & cultum: si mores & ciuilitatem: si leges & instituta: si potentiam ac virtutem agnoscas, nulli vrbium cedit. Eã Bartholdus Dux Zeringensis quintus eius nominis construxit, & ab Vrso in venatione capto, denominauit. Huius ciuitatis situs est Peninsula, quã facit Arola amnis navigabilis. Solum habet omnium rerum præterquam vini ferax: Tres item plateas, ab Oriente in Occidentem decenti ordine perpetuas: quia hæc vrbs ab Vrso nomen accepit, solet perpetuo aliquot vrsos enutrire. Hanc vrbem primus eius conditor Bartholdus, nobilitati offensus, cuius fraudib. filij ipsius necati erant, imperio Romano attribuit, libertateq; donauit, quam eius voluntatem Fridericus secundus Imperator ratam habuit, & ab obitu Zeringij, anno 1218, nomine Imperij, vrbi prefectum dedit, Othonem Rauenspurgium: sed aliquot post annis, propter fortem & fidelem operam quam ciues eius vrbis Imperatori nauarant, maioribus priuilegijs & immunitatibus ab ipso donati sunt, & à iure Præfecti exempti. Cęterum in illis turbis & anarchia imperij, Kyburgius Comes Burgdorffij dominus, libertatem vrbis opprimere conatus est, coniuncta sibi nobilitate & Freyburgo oppido, Bernates autem vt aduersarijs pares essent, sese in clientelam Sabaudiæ Comitis dederunt, hic conatus Kyburgij repressit, & pace parta, mœnia vrbis ampliauit. Bello deinde inter Sabaudum & Burgundum orto, Bernatibus Sabau-

dus pollicetur, si strenuè auxilium ferant, se re bene gesta, præmium quodcunque petierint, donaturum, illi igitur fortiter pugnantes, victo hoste, præmij loco veterem libertatem à Sabaudo repetiuere, idque illis bona fide ab eo præstitum est: fœdus tamen & amicitiam ab eo tempore cum Sabaudo coluere. Vrbs libertati restituta, antequam in fœdus Heluetiorum veniret, varia & difficilia gessit bella, cùm pro libertate tuenda, tum pro finibus ampliandis, quæ omnia Iosias Simlerus libr. 1. eruditissimè conscribit.

Staffels	1½.	*Freyburg*	½.
			Simul 2.

FREYBVRGENSIS vulgo Freyburg/ciuitas, apud Nuchtones vulgò Nuchtländer/ sita, qui terræ tractus hodie Üchtlandt appellatur, à Bartholdo principe Zeringensi quarto ædificata, mirabilem situm obtinet: partim enim imposita est monti præcipiti bus petris suffulto: partim iacet in valle, accliuis montibus clausa, circumfluitque montem in imo, per desidentem ciuitatem, amnis Sana, mediocris magnitudinis. Prætorium situm est in præcipite rupe, vbi olim Arx fuit, à qua temporum successu creuit ciuitas ipsa supra & infra, oppositi montes sustentant mœnia, tametsi in Orientali monte nulla fere domus præter munitiones existant, quocumque pergis in ciuitate est tibi vel ascendendum, vel descendendum, profert terra omnia necessaria præter vinnm.

o.*Remond* 3.	o.*Mouldon* 4.	o. *Lausanne*	4.
o.*Morgex* 2.	o.*Rolle* 2.	*Nyon* 2.	*Copet* 2.
Versois ½.	o*Geneve* 1½.		Simul 21.

GENE-

GENEVA vulgo *Geneve* extremum est oppidum Allobrogum, cuius inter veteres Iulius Cæsar meminit, proximum Heluetiorum finibus, ad Lacum Lemanum, qua is flumen Rhodanum emittit. Vrbis antiquitatem non tantum Iulij Cæsaris verba, sed vetusta quoque monumenta, quæ plurima illic reperiuntur, indicant. Ac plura inuenirentur, si non vrbs sæpe ab hostibus vastata fuisset, postea etiam grauibus incendijs pene perijsset: nam veteribus Chronicis traditur, tempore Heliogabali tantum incendium Genevæ exortum, vt nulla ferè domus illius expers fuerit. Aurelianum item Imperatorem vrbem vastatam instaurasse, iura & priuilegia magna concessisse, & propter situs opportunitatem ius nundinarum atque imperij tribuisse, Aurelianam quoque suo nomine appellasse, verùm illo mortuo ciuitatem veteris nomen vrbis retinuisse. Postea barbaris nationibus, in Galliam irrumpentibus easdem calamitates cum alijs vrbib. passa est: ac ducẽtis & 50. ferè ab hinc annis duo incendia intra annos septem passa est, quibus vrbis maxima pars perijt. Episcopatus huius vrbis amplissima priuilegia & immunitates habuit, ciuitas nihilominus proprias libertates, & pacta perpetua cum Episcopis, à maioribus accepta studiosè cõseruauit. Fuêre autem libertati eorum grauius Gebennesij comites, qui tamen Episcopatus clientes, suum comitatũ ab eo in feudũ habebant, & Sabaudi principes, contra quos fortiter sua iura & priuilegia asseruêre. Atq; anno 1420. cùm Amedeus Sabaudiæ Dux, ius superioritatis, vt vocant. in ciuitatẽ Geneuensem, à Papa Martino permutatione quadã

impetrare conaretur, Ioannes à Petra scissa Episcopus cum ciuibus pactus est, pro se & suis successoribus, se nunquam vlli permutationi aut alienationi libertatis Geneuensis consensurum: si secus, aut ipse, aut aliquis ex successoribus faciat, tum ciuibus ius fore, illos in proditorum & perduelliũ numero habendi. Postea verò cũ Maximilianus Imp. Philibertum generum suum Sabaudiæ ducem, vicarium imperij in illis regionibus declarasset, denuo ipse ac frater eius Carolus, Geneuam noui huius iuris titulo sibi subijcere conati sunt, prætendentes priuilegia vicariatus à Carolo quarto, olim principibus Sabaudię data, qui tamen omnem actionem, potestatem, iurisdictionem prçeminentiam in ciuitate Geneuensi, & eius territorio, Amedeo comiti ademerat. Inter has igitur insidias & odia vicinorum principum, Geneuenses Heluetiorum amicitiam studiosè coluerunt, & fœdera nonnunquam in certos annos cum Bernatibus & Friburgensibus fecêre. Postremum perpetuum fœdus seu ius ciuitatis Burgrecht/cum Bernatibus pepigerũt, idque arctius firmarunt anno 1536. quo tempore propter mutatam religionem Sabaudus Princeps, & Episcopus Geneuensis vrbem bello persequebãtur, Bernatibus illis auxilium ferentibus. Idem fœdus postea quoque denuo renouatum est, & aliquoties actum vt Geneva publico fœdere pagis Heluetiorum iungeretur.

Lansi ½ *Berney* ½ *Pont de Chauß* 1½ o *Cologna* 1½ *Escluse* ½. *Longavet* ½. *Transcende montem Creslo dictum.* *Ballon* 1. *Chastillon* 1. *S. Germain* 1 o *Nantua* 2½ *S. Martin.* 1½ *Pont de maille* ½

o *Cer-*

o Cerdon 2 *Gezerieu* 2 *o Iehan le viel* ½
o Emborney ½ *Gormun* 1 *S. Mori* ½
Le Port de chasey 1 *o Monluello* 3 *Neiron* 2
o Lyon. ½ Simul 25½.

ITER AVGVTA VINDEL. SCAPHVSIAM & BASILEAM.

Constantiam vsque numerantur mill. 18½
Ermatingen ¾ *Steckburen* ¾ *o. Stein* 1
Dieszenhofen 1 *o Schaffhusen* 1.
Simul 22½

SCAPHVSIA vulgo, Schaffhausen/ vrbs non ita antiqua est, sita ad Rhenum in Germanico solo, pons tamen ex vrbe ad Heluetios pertinet, temporibus Henrici Imperatoris à Nellenburgijs comitibus cœnobium eo loco conditum est, quod nunc quoque extat, id primam originem vrbi dedisse creditur, sicut & S. Galli oppidum, & Lucerna, & multa oppida Germanię, cœnobijs suam originem acceptam referunt. Alteram occasionem, & causam incrementi huic vrbi præbuit Rhenus, qui aliquot millia passuum infra vrbem, per ingentia saxa, maximo impetu fertur, & tandem ex altissimis rupibus horrendo sonitu, & spumis nebulæ instar, in altum sparsis præcipitatur, ita vt nullius generis naues illic transire possint, quare omnes naues, quæ ex Acronio & Veneto lacu secundo Rheno transcendunt, necesse est Scaphusiæ exonerari, & ob hanc causam creditur vrbi nomen impositum, vel à Scapha Schaphusia, vel etiam à nauis germanico nomine Schiffhusia nominaretur, vulgus tamen falso nominat oue deriuans, nomini insignia

accommoda finxit. Colligitur eo loci ingens Portorium, præsertim ex Salis vectura, id diu ante conditam vrbem, fuit in potestate duarum nobilium familiarum, quę nunc quoque Scaphusię habitant, Dominorum im Thurn/& am Stad/initio vrbis maxima potestas penes Abbatem cœnobij fuit, qui & magistratuū mediam partem elegit, cæterum paulatim ciues ab eius imperio se exemerunt, & Rom. Imperatorum beneficio multis immunitatibus & priuilegijs donati sunt.

Neukirch 1. *Tiringen. Burtzvvil. VValshus* 1½. *Tungren Houbenstain. Lutlingen.* o.*Lauffenberg* 1. o.*Seckingen* 1. *Stein* ½. *Mumpf* ½. o.*Rinfelden* 1. *Varmbach. VVillen* 1. *Kreutzach* ½. o:*Basel* ½.
Simul 8½.

BASILEA vulgo Basel/ caput Rauracorum, quo tempore primum condita sit, ignoratur; meminit eius Ammianus Marcellinus, qui Basiliam nominat, & Gratianum prope hāc propugnaculum contra Germanos construxisse perhibet; ac sunt qui à Basilina Iuliani Imp. matre, denominatam existiment. Meminit etiam Phlegon libertus Adriani Cæsaris Basiliæ, an autem de hac in Rauracis loquatur, dubium est. Probabilis est eorum opinio, qui hanc existimant ex Augusta Rauracorum Romanæ coloniæ reliquijs creuisse. Est autem Basilea è numero liberarum ciuitatum Romani imperij, amplissimis immunitatibus & priuilegijs iam olim à Rom. Impp. donata, celebris præterea Episcopatu & bonarum literarum gymnasio. Cęterū vrbs hæc vt Heluetijs vicina est, ita etiam eorum amicitiam

tiammultis annis antequam se eorum fœderi iungeret, studiosè coluit. Ea est Basileæ viarum munditiesac ædium in commune æqualis ordo, quarundam etiam magnificentia & amœnitas, præsertim quibus à tergo viridarium D. Petri & Prædicatorum cœnobium, amplas areas & hortos elegantissimos habentibus, & quæ Rhenum aspectant, vt etiam ijs, qui Italiam viderunt placere possit, nisi quod hypocaustorũ vsus multos offendit, eis non assuetos, & Pandochiorum sordes, id quod cum tota Germania commune habet. Cœli rara quædam ac grata temperies, ciues humani. Templorum satis magnus numerus. Episcopale reparatum olim fuit à D. Henrico Augusto, quum terræmotu concidisset, siue vt quidam volunt, post Vngaricam vastationem, multisque ab eo (adeo semper Basileę bene voluerunt Henrici) condecoratum donarijs, inter quæ eminet lamina illa aurea ligneæ Tabulæ, adhærens 7. florenorum millibus æstimata, qua ipse priuatim in larario suo, quum viueret, vsus est. Prædicatores in suburbio D. Ioannis amplissimum possident cœnobium, ędificijs multis ac spaciosis hortis, præsertim autem Græca Bibliotheca spectabile. Academia quod minus floreat, in causa est prouentuum tenuitas, & nimia Gymnasiorum in Germania multitudo. Vrbs ipsa ab hinc annis plus minus ducentis ampliata est, & suburbia nouo muro latissimè circundata. Huic vrbi magnum decus, nec minus commodi concilium tulit œcumenicum, hic propemodum 18. annis celebratum. Illustrat etiam hodie Typographorum

solertia ac diligentia. Quod si viridarium D. Petri contempletur, tum amplum, tum ob arborum copiam elegantissimum, cuius pars olim humandis Iudæis seruijt, seu pontem duo oppida coniungentem, & ad prospectum in amnem accommodatum, facile fatebitur, etiam cum amœnissimis vrbibus certare posse Basileam: Si verò salubris cœli dotem expendat, proculdubio palmam dabit.

VValtighofen 2. Veltbach 1. Sept 1. Schvvertz 2. Febere 1. Dattenriet 1. o.Mumpelgart 5. o.Granges 2. oClervaux 2. Beaume les nonnes 2. Surbin 1. oRoullan 1. Malmaison 2. Rochette 1. oBesancon 1. Simul 25

VEZONTIO Gallicè Besancon, Germanicè Bisantz/magnifica & celebritate præstans Sequanorum, in Celtica Gallia vrbs, vti naturæ beneficio ita ad hostiles propulsandos insultus, dubis ambitu, & validissimis ędificiorum propugnaculis probè munita Burgundiæ comitatu circumsepta ciuitas est imperialis, & Metropolitica, nomen retinēs mutata litera V in B, vt Romanis & Vasconibus pronunciandi mos est. De eius origine ob insignem antiquitatem nihil fere certi publica in scripta relatum inuenitur. Syluosis & vinificis cincta montibus, piscibus & delicatissimorum fructuum affluentia diues, Vezontio tanta etiam frumentorum vbertate præstat, vt quemadmodum vniuersæ Italiæ Sicilia, ita totius Burgundiæ granarium semper est habita. Mirandum in modum vrbem Vezontinam veneranda commendat antiquitas, quæ à Iulio Cæsare, ob bellicosæ gentis fortitudinem & summum libertatis studium, culta semper & obseruata fuit.

Tan-

Tantas ſiquidem ſuo æuo Vezontinorum vires fuiſſe, commemorat, vt Principes etiam Alemanos ſtipendiarios habuerint, atque adeo Athenienſes vectigales effecerint, obſidesq́; dare coegerint. Huius vrbis Portas puro auro contectas fuiſſe conſtat, qua de cauſa Chryſopolim nuncupatam exiſtimãt. Quamuis autem Vezontina monarchia tantæ non fuerit dignitatis atque potentiæ, quantæ olim Romana, tamen publicorum ædificiorum magnificentia, proxime ad eius famam ac gloriam acceſſit: vetuſta ſiquidem in hac vrbe loca, qualia olim Romæ conſpiciuntur, Pantheon, Campus Martis, Dianæ, Mineruæ, campuſque Lunæ; multaque hic alia priſcæ vetuſtatis monumenta viſuntur.

ITER AVGVSTA VVEISSENHORNVM.

Biber 1. *Nevvberberg* $\frac{1}{2}$. *Adlaſried* $\frac{1}{2}$.
Lindavv $\frac{1}{2}$ *Steinkirch* $\frac{1}{2}$. *Kreil* $\frac{1}{2}$.
Freyhalden $\frac{1}{2}$. *Tetingen* $\frac{1}{2}$. *VVetterhauſen* $\frac{1}{2}$.
Ichenhauſen $\frac{1}{2}$. *Anthameda* 1 *VVallenhauſen*
Oberhauſen $\frac{1}{2}$. o*VVeiſſenhorn* 1.

Simul 8.

ITER AVGVSTA VINDEL. BVRGOVIAM, VLMAM, REVTLINGAM & ARGENTORATVM.

Biber 1. *Horgavv* 1. *Zuſmerhauſen* 1. *Gletvveng* 1.
BVRGAVV $\frac{1}{2}$. *Kneringen* $\frac{1}{2}$. *Guntzperg* $\frac{1}{2}$. *Leibha* $\frac{1}{2}$.
Vber Fala Vnter Fala $1\frac{1}{2}$. o*VLM.* $1\frac{1}{2}$.

Simul 9.

VLMA vulgo Vlm/ inſignis Sueuiæ ciuitas, ad Danubij ripam ſita, vbi fluuij Hylerus & Bla

uus in illum influunt, redditurque inde nauigabilis, inter eas vrbes, quas villas Imperij nuncupant, non infimum dignitatis locum obtinet, nomen habere putatur ab Vlmis, vel ab Vligine, quia territorium Vlmense Vliginosum est, abundans Vlmis, sicut id genus arborum tali gaudet terra, vnde quidam:

Vlma decus Sueuiæ, qua prima ab origine ducat
Principium, nullis stat certum Annalibus, extat
Nomen, quod Latio desumptum est fonte, quod apta
Vlmis, posita est, plena hac Vligine terra
Spectarant fontes ipsis sub mœnibus Vlmæ.

Ciuitas hæc à Carolo Magno aucta, ab Imp. Frederico tertio ciuitas facta Imperialis. Ab Imp. Lothario destructa anno 1128. deinde ab Imper. Conrado tertio anno 1140. iterum erecta, triplo maior, quàm antea fuerat. Templo ornatur insigni, turrique in eodem excelsa, in quam sumptus facti dicuntur à principio vsque ad finem operis 900000. florenorum. Incolæ partim ex mercatura, partim ex opificijs viuunt. Panni genus faciunt, cuius tela linea est, intextum Bombycinum seu Gossipinum, Barchet illud vocant: faciunt & totum lineum, quod Golsch appellant. Compertum est apud Vlmenses vtriusque generis Pannos parari quotãnis centum millia, qui ad remotissimas nationes transuehuntur, & maximè bis in anno ad emporium Francofurtense.

o.*Blavvbeyren*	2.	*Einepiren*	1.	*Minsing*	1.
Gecbing	1.	o.*Reutling*	1.		

Simul 6.

REVT-

REVTLINGA vulgo Reutlingen / ad Neccarum sita, in ducatu VVirtembergensi anno 1240. à Friderico tertio Imp. ex pago facta ciuitas, alij dicunt anno 1272. ciuitas hæc famosa est ob molas papyraceas.

Dereding	1.	o.*Rotenburg*	1.	o.*Haiterbach*	2.
o.*Dornstet*	*1.*	*Kniebiß*	1.	o.*Nopnavv*	1.
o.*Oberkirchen*	*2.*	*Bischoffensteg*	2.	o.*Straßburg*	*2.*

Simul 13.

ARGENTORATVM vulgo Straßburg/ciuitas vetustissima & permagnifica, Alsatiæ Metropolis, sedes veterum Tribocorum siue Tribonorum, qui ante Iulij Cæsaris & Octauiani Aug. tempora, in hanc prouinciam cum reliquis Germanis transgressi sunt. Posteaquam Romanis parere cœpit, ac vna cum Imperio Latinum vocabulum habere meruit, inter ciuitates Rheni quæ Treuirorum latissimè patentem iurisdictionem agnoscebant, sub primis Rom. Impp. haud obscuri nominis fuit, sub posterioribus, comitem habuit, qui tractum Argentoratensẽ gubernabat, in Germania prima. Nomen quidẽ Argentinæ sumpsisse videtur à Romanis qui ibi Thesauros suos seruasse referuntur. Straßburg vero dicta videtur à platea, etenim Attila Hunnorum rex, ciuitatem hanc destruxisse, perque eius medium plateam construxisse fertur, numeratur hodie inter liberas ciuitates, abundat autem omnibus bonis, excellitque in opibus cunctas Rheni ciuitates. Habet miram vini & frumenti copiam, vtpote quæ situm habet in optimo fundo, inueniuntur in ea aliquot centeni hortulani, qui annuatim magnum faciunt quæstum ex rapis, cepis, rapha-

raphanis, naphis, caulibus, papauere, alijsque hortolitijs, quæ fœlicissime ibi proueniunt atque in tanta crescunt vbertate, vt nullus ei in Germania comparandus sit locus. Argẽtoratum insuper templo eleganti structura, præcelsa turri conspicuo illustratur, quod haud immerito inter totius vniuersi stupenda, octauum obtinet locum, ab ipsis enim fundamentis, vsque ad supremum culmen, quadris & pulchrè figuratis lapidibus est erecta, vbiq; aëri & vento peruia, patetque ascensus in 4. Cochleas. Vbi verò crassities eius in fastigium incipit acuminari ibi octo consurgunt Cochleæ: Supremus nodus, qui inferius vix modij magnitudinem habere videtur, tantus est, vt capacitas eius recipiat 5. aut 6. personatos homines. Longitudo eius habet pedes Geometricos 574.

o*Molßheim* 3. *Schirmec* 4. *Raon* 4. o*Luneville* 4. *Deboviller* ½. *Veyremont* ½ o*Razieres* 2. *Manancourt* 1½. *Loupcourt* ½. *Ludres* 1. o*Chaligny* 2. *Maron* 1. *Villeseq.* 1. *Toul* 2.

Simul 27½

ITER AVGVSTA VINDEL. NANCIVM.

Luneville in itinere præcedenti Argentorato Tullum numerantur mill. 15.

o.*Nicolas* 2. o.*Nancy* 2.

Simul 19.

Aliud iter Argentorato Nanceium.

o.*Zabern* 5. *Ropersvveiler* 6. o.*Nancy* 7.

Simul 18.

NANCEIVM vulgo *Nancy*, Lotharingicarum vrbium caput, duplici est ambitu fossarum & murorum.

ITER

ITER AVGVSTAE VINDEL. TVBINGAM

Reutlingam vsque numerantur 15.
o Tubinga distat Reutlinga 1½
Simul 16½.

TVBINGA vulgo Tubingen/ oppidũ Sueuiæ sub Palatinis Tubingensibus, horũ vltimi Gore & Guilielmus Palatini comites Tubingenses, hoc vẽdiderunt Vdalrico comiti VVirtenbergensi Anno 1342. mansionem Augustam Caracallæ in Germania ad Tubingam fuisse Iohannes Herold, libello de Germaniæ primæ antiquitatibus ex fragmento elogij ipsius, quod ibidem incisum videtur, demonstrat.

ITER AVGVSTA VINDEL. CANSTATVM.

Guntzpergum in itinere præcedenti vsque numerantur mill. 5½
Elchingen 1½. *VVetterstetten* 1½. *Altenstat* 2.
Ersbach 2½ *Ploching* ½ o. *Esling* 1½. o *Canstat* 1.
Simul 17.

Aliud iter GEISLINGAM, CANSTATVM, *inde* SPIRAM, Bipontium, & Metim.

Leibha in itinere præcedenti 6.
Albeckhen 1. *VVetterstetten* ½. *Launsen* ½.
o. *Geislingen* ½. *Giesen* 1½. *Gepping* 1½. *Eberspach* 1.
Ploching ½. o. *Esling* 1½. o. *Canstat* 1.
Simul 15½.

CANSTATVM vulgo Cantstat/oppidum est Ducatus VVirtenbergensis ad Neccarum fluuium, cu-

ius

ius ripæ hic ponte iunguntur, distat Stutgardia, vbi Dux VVirtembergicus sedem Aulæ habet, vno miliari.

Entzvveyhing	3.	*Titelsheim*	3.	o.*Pruessel*	3.
Rheinhausen	2½.			o.*Speyr*	½.

Simul 12.

Aliud iter Canstato Spiram.

o.*Vayhing*	3.	o.*Bretten*	3.	o.*Pruessel*	3.
Rheinhausen	2½.			*Speyr*	½.

Simul 12.

SPIRA vlgo Speyr/recens est nomen vetustæ ciuitatis, quod hac ratione obtinuisse putatur. Rudigerus Episcopus ex clara Spirensi familia natus hanc Nemetensem vrbem adauxit, & pagum Spira, tum extra muros ad eiusdem nominis fluuiolum situm, mœnibus inclusit, ac totam vrbem, iam amplam atque magnificam ab adiecto pago & fluuio nuncupauit, Anno salutis 1083. Sic vetus appellatio exoleuit, & noua illa in hunc vsque diem vsurpata in consuetudinem venit. Hoc tempore, Episcopatus in Imperio celebris. Ab Imp. Cō rardo 2. Francorum duce, tanta munificentia aucta & illustrata fuit, vt secundus Nemetensium fundator dici meruerit: nam insignem illam, ac longe amplissimam Basilicam Spirensem, quæ in hodiernum adhuc diem conspicua, & multorum Germaniæ Imperatorum, & Imperatricum habet augustissima Mausolea, in honorem B. Virginis, & præclarum S. Ioannis in summitate vrbis templum, forisque in agro Nemetum, ex castro suo Limburg/ in quo nuper adeo Conradum filiolum, ex præcipitio quodam decidentem amiserat, magnificum

coe-

cœnobium maximis ſumptibus ac impenſis conſtruxit. Venerandus in hac ciuitate Aduocatorum ordo videtur, qui in publico totius imperij conſiſtorio, à Carolo V. inſtituto, quo præcipuorum Tribunalium appellationes diriguntur Cæſareæ Maieſtatis, Electorum, aliorumque Procerum nomine iuſtitiam adminiſtrant. Spirenſium agri, optimo vino rubeo, quod Anſerum pedes vocant, frumento & Amygdalis abundant: Vnum, quaſi inter mundi miracula recenſendum eſt, vt opus non alibi in Germania viſum Olíueti mons, Chriſti paſſionem referens, quod plane tanto ſumptu indigebat, quanto olim aliquod paruum oppidum.

o.Dietenhouen ¼. *Haenhouen* ¾. *Geinsheim* 1
Lachen ½. *o.Nevvſtat an der Hartz* ½. *Mōs S.Lambert* 1
Nydefelt ½. *VVidental* 1. *Hoichſper* 1½.
o.Keyſerslauttenr. 1. *ar.Landſtal* 2. *Limpach* 3
o.Sarbruk 3. *Forpach* 2. *Roßpruck* *S.Avoul* 2.
Courſel 2. *o.Metz* 2.
Simul 24.

Aliud iter Spira Metim per BIPONTIVM vulgo Zweybrücken.

Landſtal in præcedenti itinere numerantur mill. 10.
o.Tveybrucken 2. *VVeiersvveiler* ½. *Kirckhellen* 1.
Scheid ½. *o.Sarbrucken* ½. *o.Forpach* 1. *o.Homburg* 1.
S.Avoul 1. *o.Longueville* 1. *VVeißkirch aut Variſe* 3.
Pont à Choiſy 2. *Montoy* 1. *o.Metz* 1.
Simul 25½.

METIS vulgo Metz, ſita eſt ad Moſellam fluuium, nomen ſumpſiſſe videtur à Metio Romano, putanturque huius incolæ fuiſſe Mediomatrices,

trices. Hanc vrbem sibi subiecisse videtur Iulius Cæsar, vt hi versus ibi lapidei inuenti, incisi testantur:

Tempore quo Gallis Cæsar sua intulit arma,
Tunc Mediomatricam deuicit Metius vrbem.

A quocumque nomen & originem habeat, amplam, opulentam, valideq; situ ac opere munitam esse, & vnam ex præcipuis Belgiæ vrbibus, manifestum est: Mosella & Selna amnibus irrigatur: ædificijs elegantissimis, tam priuatorum ciuium, quàm publicis, visendo ornamento nitet. Cui tamen venustati plurimum decessit obsidione, qua eam Carolus Quintus Imperator maximis copijs cinxit: quo quidem tempore, ciues vicinas vrbi ædes & frequentibus ædificijs structa suburbia, diruerunt, ne latibulo hosti forent: præclara itidem templa, iuxta vrbis pomeria, ne defensioni obessent, necessario deiecerunt.

ITER AVGVSTA VINDEL. DIETENHOVIVM, CHINYVM, BVILLONIVM, Chimaycum, Landrechiesum, Cameracum & Atrebatum.

Canstatum vsque numerantur mill. 16
Spira 12. *Bipontium* 12. *S. Avoul* 5½. *Hargarten* 2½. ab. *Besonville* 3. *Homberg* 2. *Elsingen* ½. *Hastorff* ½. *Stucbingen* 1. o. *Dietenhoven* 1.
Simul 56.

DIETENHOVIVM vulgo *Thionville* & Dietenhofen Ducatus Lutzenburgensis oppidum ad sinistram Mosellæ fluuij ripam. Dicitur Carolus Magnus pro tertia Imperiali in Germania inferio-

feriori Dietenhouium habuisse, Pulchrum est oppidum probeque munitum, ac rebus ad arcendos hostes necessarijs adeo instructum, vt expugnari non posse æstimaretur, sed anno 1558. Franci, Duce Guisio ductore, id obsederunt, concusseruntque vehementer tormentis bellicis, oppugnaruntque aliquoties, in quibus oppugnationibus desiderati sunt multi Francorum, ac inter eos egregius ille Martis Pullus Petrus Strotzius ex 4. Franciæ Mareschallis vnus, tandemque Francis deditum est oppidum, quod defensorum inopia laboraret, sed pace inter Reges Hispaniarum & Franciæ inita, illi restitutum est.

Marseville 1½. *Bercelee* 1½. *Vileers* ¾. *Eron* ¾. *Virton* 2. *Mepe* ½. *Bellefontaine* 1. o. *Chiny* 1½.

Simul 9.

CHINIVM vulgo *Chiny*, oppidum in ducatu Lutzenburgensi duodecim milliarijs Lutzenburgo, regionis Metropoli distans, olim lautum fuit oppidum, sed bella ei multum venustatis abstulerunt, nullisque muris cinctum diu fuit, sed aliquantulum se reficere incipit. Comitatus honore se effert, habetq; iurisdictionem in alia oppida: pagos atque in latam regionem.

Herbemont 1. *Cignon* 1. *arx Buillon* 1.

Simul 3.

BVILLONIVM vulgo *Buillon*, Arx est prævalida, Leodio distans miliarijs 16. Situm est Bullonium in monte, estq; ad montis pedes Suburbium, quod quondam præclarum fuit. Arx muris propugnaculisque adeo probe est munita, vt haud expugnari posse æstimetur. Hic originem suam habuit, nomē-

F que

que inde sumpsit Godefridus Buillonius, qui anno 1096. cum fratribus suis Eustatio & Balduino celebrem illam expeditionem in Palæstinam suscepit, glorioseque perfecit, captis Hierosolymis, cuius se regem inscripsit, præfuitque regno Hierosolymitano dum vixit, migransque ex hac ærumnarum valle, reliquit regnum fratri Balduino, qui eodem diu potitus est.

Chier 1½. *Mable* 1. *Reving* 4.
Mering 1½. 0. *Chimay* 4.
Simul 12.

CHIMACVM vulgo *Chimay*, torritorij Hannoniæ oppidum ad Albam fluuium, in nemore situm, ciuium ædes habet sumptu atq; splẽdore mediocres, & Principis palatiũ vna cum hortis mirum in modum elegantibus & amœnis. Principatus titulo insigne est Chimacũ, ex quo Dux Arschotanus, cuius est dominij Principis appellatione salutatur. Oppidum hoc bellis, superiori tempore cum Gallis gestis, non semel vexatum ac dirutum, nunc ita restauratum est, vt longè quàm antea pulchrius atque firmius sit.

Macon 1. 0. *Glaion* 2. *Rensart* 1. *VVarpont* 1.
Cartegnies 1¼. *Fayeule* ¼. 0. *Landrechies* 1½.
Simul 8.

LANDRECHIVM vulgo *Lãdrechies*, exiguum est quidem Hannoniæ oppidum sed firmũ adeo, vt Carolo V. anno 1543. restiterit, Gallis propugnantibus qui id occuparant. Exinde Gallus rex, Duci Arschotano cuius erat ditionis id restituit, cùm insequuto anno pax inter Imp. Carolum V. & Franciæ regem conciliata esset. Sed post Imp. Carolo

rolo Dux Arschotanus oppidum hoc transcripsit, recepitque alia in compensationem.

Chasteau en Cambresis 2. o.*Cambray* 4. Simul 6.

CAMERACVM vulgo *Cambray* vrbs est Imperialis & Episcopalis in medio quasi Belgio sita. Arce & mœniorum ambitu adeo munita est, vt vna ex primarijs istius prouinciæ vrbibus habeatur. Vetus Samorabrina putatur, vbi Cæsar totius exercitus neruos, ciuitatũ obsides, literas publicas, frumẽta & res sibi charas, tanquam in firmũ tutũq; locum collocare solebat. Cameracum vrbs est opulẽta, mercatorib. & operarijs mæchanicis frequẽs, qui diuersi generis merces, & præcipuè tenuiores lineas telas, magno numero conficiunt: ius habet Castellaniæ, egregiãq; iurisdictionẽ & dominiũ, quod peculiari nomine Cambresium dicitur, in quo pagi simul complures, & loca non exigui momenti, inter quæ est castrum Cãbresij sex inde leucis distans.

o.*Raillencour* 1. *Marquion* 1. *Vijs en Artois* 3. o.*Arras* 3. Simul 8.

ATREBATVM vulgo *Arras* vrbs est maxima & politica dignitate clara, adeoq; cum naturali situ, tum propugnaculorum, murorum & turriũ præsidio munita, vt non nisi longissima obsidione expugnari posset. Dipolis est, nam pariete media scinditur & secernitur. Earum pars vna Antistiti obnoxia ciuitas vulgo vocatur: Altera, quæ comitatui dominium agnoscit, vulgo villa(*La villa*)dicitur, ea vrbs est: interim ciuitas vrbe minor angustiorque, tamen propugnaculis, molibus, & opere firmissima est, & affabrè facta; vbi & cathedra

celebris Mariana, ac inibi Bibliotheca, manuscripta, Libri omnes Theologici. Episcopus, in hac sua ciuitate Atrebatẽsi singulare habet imperium: hoc est, magistratus creat, leges irrogat, ius dicit vniuersis, denique tam profanarum, quàm sacrarum rerũ dominus est, Patronum tamẽ Atrebatum comitem recognoscit, vrbs ampla est in primis, ac situ & opere Arx habetur, plateæ hic apertæ, forum spaciosum. Vedastinorum sodalitij cœnobium est inibi, diuitijs reliquas omnes monasticas societates longè antecellens: nam vectigal ei immensum, nempe vicena Ducatorum millia, & eo amplius. Deinceps multa passim templa adprime ornata, cultaque. Domicilia ciuium apposite facta & commoda, eoque magis ad miranda peregrinis, quod hypogea in omnibus, & ipsa affabre facta, pauimento nimirum aut Lithostrato, aut lateritio, eaque altè effossa de industria: bello enim æstuante, & hoste mœnia tormentis concutiente ciues in subterraneis illis sedibus, extra telorum iactum, cum omni re sua incolumes, facilius ferunt, tolerantque obsidionem. Vrbs sic satis frequentata est Atrebatum, ciuium aliqui mercatores, alij opifices. Horum sunt multa collegia, quorum maxima pars lanariæ studet. Hinc Leuidense & textile Atrebas, nulla non in Europæ parte cognitum.

ITER AVGVSTA VINDEL. AVESNIAM, DVACVM & RENTYVM.

Ghimacum vsque numerantur in itinere præcedenti mill. 80.

Salle ½. *Moustier en faigne* 1½. o. *Lyesses* 1. o. *Auesnes* 2. Simul 85.

AVES-

AVESNIA vulgo *Auesnes* situ occupat fluuiolum Geptam. Splendidum hoc & validissimum Hannoniæ oppidum, comitatus vt vocant, dignitate censetur, id cum nuper adhuc esset in dominio ducis Arschotani, æqua ei facta compensatione, sibi Rex Hispaniarum vindicauit, cùm enim ad Franciæ regni limites pertineat domini potentioris defensionem atque tutela ei opus est.

Dampiere 1. *Levault* $\frac{1}{2}$. o. *Berlamont* $\frac{1}{2}$. *Loquinol* 1. o. *Quesnoy* 1. o. *Verchin* 1$\frac{1}{2}$. *Happre* 1. *Bonchain* 1$\frac{1}{2}$. *Hasencourt* 1. *Villeers* 1. *Boncourt* 1. o. *Duay* 1.
Simul 12.

DVACVM vulgo *Duay* in Flandriæ, Hannoniæ & Artesię confinibus oppidum quo non aliud mœnibus & incolis cultius munitiusque, aquis quàm optimè instructum; fontes siquidem limpidissimos habet complures; vnum prope D. Amati, maximè celebrem, cui sacer est, qui Maronia nomen cœpit, Altissimo aggere, quasi perpetuo quodam monte cingitur, quem binæ etiam fossæ aquis refertæ, venustissimè ambiunt. Duacensis olim Catvacos fuisse putatur. Flumen Scarpa per mediam se vrbem diffundens, alueis eam pluribus distinguit: copiosa est vrbs: domos habet veteres illas quidem, sed ornatu ac splendore non postremas, templa verò augusta, idque inprimis, quod Virginis matris nomen habet peruetustum est. Cum Insulis & Orchiaco oppidis vnum Flandriæ statum facit. Respublica Duaci optimè est constituta, & ab alijs municipijs planè diuersa: concurrunt enim in ea Republica 3. regiminum genera. Monarchia nempe, Aristocratia & Democratia. Frugum hic maximus merca

tus: conuehuntur autem fruges ex Anstrebanensi & Artesiaco agro. Lanarum peculiari colore tingendarum ius habet. Ager est supra Duacum, Atrebates vsque, compascuus & arabilis, ac raræ in proximo siluæ. Genus hominum hic, nihil minus quàm effœminatum, proinde pugnax: itaque propellendi hostis spem, non collocant in adscititiorum militum centurijs, quin prius habent suum defraudare ærarium, suoque discrimine superstitem seruare vrbẽ, quàm alieno ferocire præsidio. Philippus Hispan. Rex, celebrem hic Academiam multis immunitatibus & priuilegijs dotatam instituit, quæ quidẽ maxima huic vrbi ornamẽta conciliat, cum ex paupere municipio opulentam vrbem, ex tugurijs & casis, ædes magnificas & insulas, ex parua denique magnam fecerit: inuexit mercimonia, opes, prudentiam, toti demum Belgio vtile est Duacum, in qua cũ omnium facultatum scientia, eadem etiam opera linguam Galicam studiosi addiscunt, qua in omnibus ferè Belgij Aulis & Tribunalibus, passim res forenses tractantur, & mercatores in negocijs libenter vtuntur.

Beaumont	2.	*Billy en Gebette*	1.	o. *Lens*	1.
Harlin	3½.	*Bevay*	1½.	o. *Pernes*	1½.
Fontaine les Boulon		1.	*Maringen*		2.
Millfau		1½.	o. *Renty*		1½.

Simul 16.

RENTYVM vulgo *Renty* valida est Arx, cum pago opulẽto, ad fluuiolum, miliarijs 5. Hesdinferto distans. Quum Francorum Rex Henricus secundus eius nominis Anno 1554. id magno cum exercitu obsedisset, tormentisque concuteret, mox adfuit

adfuit Imp. Caroli quinti exercitus, qui ne expugnaretur Rentyum impediuit. Marchionatus dignitate claret.

ITER AVGVSTA VINDEL. LVTZENBVRGVM, ARLVNVM, NEVFCHASTELVM, CAROLOMONTIVM, & MONTESHANNONIAE.

Bipontium vsq; in itinere præcedenti numerantur 40.
VVeiersvviler $\frac{1}{2}$. *Kirchellen* $\frac{1}{2}$. *Falscert* 5.
Inberingen 1. *Bretorff* 1. *Metlach* 1. *Hausen* 1.
o.*Freunenburg* 1. *Kirff* $\frac{1}{2}$. *Duntlingen* 1. *Dulmen* $\frac{1}{2}$.
Pfaltzen $1\frac{1}{2}$. o.*Lutzenburg* 3.
Simul $58\frac{1}{2}$.

LVTZENBVRGVM vulgo Lützenburg/ ciuitas Metropolis ducatus Lutzenburgensis, quàm Ptolomæus Augustam Romanorum nuncupat, Etymologiam sortitur, secundum Latinos à Lucisburgo, quia illius prouinciæ incolæ idolomaniæ, præstigijs Lemurum effictæ, penitus mancipati fuerint, hæcque vrbs hoc nomine reliquis instar Lucis præfulserit, vnde & Lucis Burgum tanquam Lucis arx appellari meruerit, à Sole, quem luminum patrem, & omnium planetarum caput cognominant. Situm est Lutzenburgum commodè, forti & amplo loco varijs ædificiorum structuris quondam conspicua, quæ infausta belli clade destructa, haud commodè à ciuibus bello excisis, restaurari potuerunt. Ex planicie, qua in vrbem ascenditur vnico omnino cliuo pons est, supra Alizontem fluuium, vulgo Alsitz / in rupe demum alta, prærupta ab vtraque parte, visuntur ruinæ fornicum arcis veteris, quæ Luceburgum olim

 fuit,

fuit, vel, vt quidam vocant Lutzelburgum, vnde & vrbem mutuatam nomen ferunt. Quum salienti careat aqua Lutzenburgum, cisternas habet, ducenta vel trecenta plaustra continẽtes, in quibus aquam pluuialem colligunt: in ea vrbe magnificam domũ exstrui fecit Illustrissimus Comes Petrus Ernestus Mensfeldius. Præter cætera, Porticus inprimis altæ conspiciuntur, ad id destinatæ, vt in eis reponãtur, quæcumque Comes nancisci posset antiquitatis monumenta, quorum magnam habet copiam ex diuersis locis Arluno inprimis petitam: Sũt autem maxima parte simulacra Deorum gentilium, & epitaphia, quæ in crepidine fontis illius pulcherrimi ac claritudinis eximiæ (quo dilectę quondam coniugis Mariæ memoriam conseruat) sic vt sunt pari interuallo disposita, vt liber sit ab omni parte, ad singulos lapides accessus, & inscriptiones, quibus temporum iniuriæ minus nocuerunt, commode legi possent. Haud procul Lutzenburgo pagus est Igel vulgo nominatus, vbi in eminenti loco spectatur nobilissimum venerandæ antiquitatis monumentum, quo nec cis Alpes insignius aliud exstare æstimantur, quodque ipsis Italis posset ostentari. Moles est lapidea ex quadrata Base pedum 12. sensim assurgens, ad 74. altitudinem, tota ab omni parte varijs imaginibus semiplanis insculpta: in fastigio Aquilæ restat fragmentum, globo insidentis, cui expansæ Alæ, ante pectus velum fuisse apparet.

Capelle 1½. *Hage* ½. *Bardeburg* 1. o. *Arlun* ½.
Simul 3½.

ARLONVM vulgo *Arlun*, in excelso monte situm est, in quo olim gentilium templum fuit, in quo

quo Lunæ ſacrificabatur, indeque nomen oppido inſitum, diſtat Lutzenburgo 4. Momedio autem 6. miliarijs. Lautum quõdam fuit opidum Arlunum, ſed belli cladibus afflictum, ſe nunc aliquantulum reficit.

Aldenhoven $\frac{1}{2}$. *Bonef* $\frac{1}{2}$. *Amilar* $\frac{1}{2}$.
Hamſter $\frac{1}{2}$. *Legliſe* $\frac{1}{2}$. *Neufchaſtel* 1.
Simul $3\frac{1}{2}$.

NOVVMCASTRVM vulgo *Neufchaſtel*, Paulus Æmilius munitum opidum dicit; ſitum eſt in ſilua Ardennia: quamuis adhuc lautum ſit oppidulum, olim tamen lautius munitiusque fuit.

Orchamps 2. *Davebis* 2. *Boneſſ* $\frac{1}{2}$. o.*Beaurain* $1\frac{1}{2}$.
Fermelen & Givet 1. o.*Charlemont* 1.
Simul 8.

CAROLOMONTIVM vulgo *Charlemont*, auguſtum eſt Comitatus Namurcenſis oppidulum, Marieburgo vicinum, pulchrè admodum in monte collocatum ad ſiniſtram fluuij Moſæ ripam, quo in loco prius Giuetum, vicus non ignobilis ſitus erat. Nomen accepit à Carolo V. Cæſare, qui hoc propugnaculum obiecit Marienburgo à Gallis occupato.

Romeden 1. *Florennes* 1. *Tve* 1. o.*VVallencourt* 1.
Miertienen 1. *Donſtive* 1. o.*Thuin* 1. *Fameulx* $1\frac{1}{2}$.
Hauchin $\frac{1}{2}$. *Epieres* 1. o.*Mons* 1.
Simul 11.

Aliud iter Montes Hannoniæ per TREVERIM, DIETKIRKAM, DINANTVM, BINCHIVM, MONTES HANNONIAE, indeq; TORNACVM, INSVLAS, & CALETVM. Spiram vſque numerantur mill. 28.

o.*Limpach* 2. o.*S.VVendel* 3. *Grimburg* 3. o.*Trier* 3.
Simul 39.

TREVERORVM vrbs vulgo Trier / à Trebeto, Semiramis filio dici existimatur, hic matrem fugiens, cum vniuerso comitatu huc peruenisse dicitur, hanc vbem ædificasse, atque Trebetam vocasse, quod postea nomen vno aut altero elemento tãtum immutato, pro Trebata, Trevera, retinuit, Vrbs Archiepiscopali dignitate, ac principatu, nec non & Electoratus titulo clara est: quàm olim floruerit hæc ciuitas, opibus, potentia, reliquisque ornamentis, non obscurè ostendunt ruinę superbissimorum ædificiorum. Videtur hic Palatium splendidi operis instar Babylonici muri, ex latere cocto factum, tantæ firmitatis etiamnum hodie, vt nulla ferè arte frangi queat. Antiquissima totius Germaniæ vniuersitate Treuiris insignitur. Sita est ad Mosellam fluuium.

o.*Echternach* 2. *VValdorff* 1. *Riesdorff* ½.
Bettendorff ½. *Kildorff* ½. o.*Dietkirch* ½.
Simul 5.

DIETKIRKA vulgo Dietkirch/exiguum est oppidulum ad amnem Surten, distat Lutzenburgo mill. quinque.

Elpelding ½. *Esch* 1. *Gronsa* 1.
VV*altering* 1. o. *Bastoigne* ½.
Simul 4.

BASTONIA vulgo *Bastoigne*, oppidulum prope filuam Ardemiam situm, milliarijs octo Lutzenbergo distat.

Layal 1. *Tillet* ½. o.*S.Hubert* 1½. *Miovvart* 1.
VVarrefort 1. o.*Rochefort* ½. *Franchain* 1. *Castine* 1.

Sel-

Selle 1. *Sormes* ½. o. *Dinant* ½.
Simul 10½.

DINANTVM vulgo *Dinant*, ad ripam Mosæ fluuij situm, olim celebre emporium fuit, sed belli clades sæpe est experta. Carolus Audax Burgundiæ Dux, Dinantum ferè excidit, Anno 1554. Regi Franciæ, qui Marieburgum deditione obtinuerat, quoque se dedidit Dinantum, direptionemque, præter ius & æquum passum est.

Rustren ½. *Biemeron* 2. *Ore* 1½. *Hausen* ½.
Mont beny le tigneux 2. *Espinois* 2. o. *Binche* 1.
Simul 9½.

BINCHIVM vulgo *Binche*, Hannoniæ oppidulum antiquitate clarum est, olimq; frequentia incolarum ædificiorumque spectandum fuit, sed propter frequentia bella, incolæ deserto Binchio, frequentes Montes Hannoniæ migrarunt, Carolus V. Imperator Binchium sorori reginæ Mariæ pro ipso Belgium gubernanti dono dedit, quod ipsa Palatio & hortis ornauit, est enim locus ipse ob aeris clementiam, commodamque venationem & aucupium principe dignus.

Estemer ½. *Espirres* 1½. o. *Mons* 1.
Simul 3.

MONTES HANNONIAE vulgo *Mons en Hainault*, vrbs est patẽs & ampla. Ex eius nomẽclatura intelligi potest, vrbem nunc in colles assurgere, nunc vallibus deprimi. Ad Fori crepidinem fons, magno totius populi cõmodo procul ductus, nam supra Dionysij in Broceria (paludes sunt) ortum habet, ligneis fistulis maxima arte compactis quæ

quæ fluuium Hamam, & citeriorem filuulam transmittunt. Hæc vrbs si quæ alia natura & propugnaculis munitissima, fossis vndique circundata est, & vna haud temere parte, obsidionis impatiens. Gens ab huius ætatis vitijs, ne dicam prorsus aliena, sed tamen comitatis & beneuolentiæ magistra, in tractandis amicis, & excipiẽdis hospitibus, summam agnosceres humanitatem : imo quorundam ædes munificẽtiæ & liberalitatis officinæ potius, quàm priuatę domus censeri possent. Egressis vrbe, offert se amœnissima deambulatio, & fermè quaquauersum suburbia & filuæ, in quibus nec frondium viror nec auium garritus desideratur. Ludouicus Nassouius principis Auraici frater hanc vrbem insigni stratagemate occupauit, sed à Duce Albano grauiter obsessus, & à suis desertus, excessit.

Villeroy 2. *Estambruge* 1. *Basecles* 1. *Brifoil* 1. ar. *Anthoing* 1. *Chelle* 1½. o. *Tournay* ½.
Simul 8½.

TORNACVM vulgo *Tornay*, à tempore Iulij Cæsaris sub Romano Imperio fuit, vsque ad Clodoueum Pharamundi filium, Frãcorum regem, qui Rheno Mosaque superatis ad Scaldim flumen peruenit, ac cæsis expulsisque Roma. præsidijs, Tornacum & Cameracum cœpit, circa annum salutis 445. Sed idem Clodouæus à VVãdalis, Alanis, Sueuis & Burgundis, quos Stilico Senator Romanus Honorij Imp. socer, ad id in Gallias inuiarat, coactus fuit in patrium solum retrocedere, abducto secum Belgico populo. Demum Clodoueus Francorum regum primus fidem Christianam professus, anno Domini 689. deuicto Gilonis filio, Suessionensis prouinciæ

ciæ à Romanis cõſtituto Gubernatore, quidquid in Belgio tum parebat Rom. Imperio, ſuę ditioni ſubdidit. Manſit ita Tornacum in Francorũ poteſtate, vſq; ad annum 1513. quo eã Henricus Anglorum Rex cepit, ſed anno 1518. Franciſco Francorum regi, eius nominis primo eandem reſtituit. At demum anno 1521. Caroli V. Imp. vti Flandriæ Comitis imperata facere coacta, Flandriæ aſſerta eſt. Ampliſſima ciuitas ſemper fuit Tornacum, varijs mercimonijs & negociationibus abundans; miri ingenij alit Artifices, qui quotidie nouas mercium formas excogitant, & ſi quædam mercium ſpecies in deſuetudinem abierint, nouis, quæ in vſu & gratæ ſunt, excogitatis, nunquam deeſt, quo plebs pauperior, artificio nouo, victum ſibi quærat: vnde mirandum non eſt, Tornacum tot hoſtium incurſiones, & rerum mutationes, diuerſis temporibus paſſum, paucis annis, poſt ſingulas mutationes, priſtinum facilè recuperauit decus. Potens eſt Tornacum, non ſolũ ciuium opulentia, ſed ipſius etiam vniuerſitatis opibus, bona enim maxima & cenſus annuos præ cæteris Belgij ciuitatibus poſſidet, & merum imperium, quod Altam iuſtitiam vocãt, per magiſtratum, excluſo Regis officiario exercet. Aedificia habet plurima, multo antiquiſſima, ad eam formam, qua maior ædificiorum pars Coloniæ Agrippinæ conſpicitur, putantur à Romanis in eam rationem inſtituta. inſignem habet Eccleſiæ Cathedralis Baſilicã, in meditullio quaſi vrbis ſitam, Deiparæ Virgini ſacram, quinque præaltis Turribus, formam crucis Burgundicæ referentem. Eius chorus, præ cæteris aliarum Eccleſiarum Cathedraliũ prouinciæ Rhe-

men-

mensis,imo totius Belgij, merito laudatur,cùm ab amplitudine,tũ à fornicis eleuatione, & lucis claritate. Tanti est hæc ciuitas, vt cum suo territorio, vulgo *Le Tornesis* dicto, per se constituat vnam prouinciã in conuentu ordinum Belgij, non minus ac Brabantia, aut Flandria, & aliæ maiores prouinciæ. Aër Tornaci salubris ac subtilis, agerque circumuicinus pratis nemoribusque abundat, gleba est fertili, tritico quippe ferendo longè fœcundissimus,non sunt illic paludes,non aquæ stagnantes, nullæ myricæ aut terræ steriles.

Hertyn 1½. *Anape* 2. *Halene* ½. o.*Ryssel* ½.
Simul 4½.

INSVLAE *Lisle les Flandre* Belgicè Ryssel/ ciuitas est perpulchra & diues,mercatoribus locupletibus frquens,ac opificorum mechanicorum,Textorum præsertim, ingens hic numerus, qui per omnem ferè orbem merces mittunt varias, ita vt hæc post Antwerpiam ac Amstelodamũ primas in mercatu teneat,Insulę appellationem,multis perhibẽtibus obtinet, quod in paludibus olim & stagnis, quæ temporis diuturnitate ac hominum industria, vel siccata, vel terra oppleta fuerint, insulæ admodum sita esset. Alij narrant ex multis illic circumiectis insulis, id vrbi nomen inditum, iuxta mœnia,qua regione Arx spectatur, labitur fluiolus,qui Leutij Atrebatorum oppidulo ortus,incitato in Septentriones cursu,Disselmontij Lisæ fluuio miscetur, condidit Insulas Balduinus Barbatus, Flandriæ comes Anno septimo supra millesimum. Barbati filius Balduinus Pius ex loco, quod hic natus esset, Insulani nomen tulit, & patriam multis au-

auxit beneficijs murisque conclusit anno 1066. is deinde magnificum illud templum, quod à Diuo Petro nomen habet, excitauit, in quo & splendidū Canonicorum Collegium, amplissimo ad eam rem constituto censu, cooptauit, interque ipsos Canonicos Tornacensem ac Morinensem Episcopos accenseri voluit. Hæc vrbs prævalidam habet arcem, in qua veteris Arcis Bucanæ, quæ primum eorum, qui regum Franciæ nomine Flandriam administrarūt, Prætorium fuit, reliquiæ visuntur. Complures prouinciæ suas illuc Rationes referunt, Flandria, Artesia, Namurcum, Machliniense territorium.

Perney	$1\frac{1}{4}$.	o.*Armentiers*	$1\frac{1}{4}$.	*Niekerken*	$1\frac{1}{2}$.
o.*Belle*	$1\frac{1}{2}$.	*Eecke*	2.	o.*Cassel*	$1\frac{1}{2}$.
Vchtersel	1.	*Volckermichoue*	$1\frac{1}{2}$.	*Holech*	$1\frac{1}{2}$.
Mariekerke	1.	Bolwerck	1.	o.*Cales*	$2\frac{1}{2}$.

Simul $17\frac{1}{2}$.

CALESIVM quod & CALETVM modò à nonnullis appellatur vulgo *Calais*, eius natura & arte munitissimum, propugnaculum Galliæ clauis, frenum & ianua semper habitum, quo loci veteribus Portus Iccius fuisse putatur. Hoc oppidulum Meierus, olim Petressam & Scalas appellatum tradit. Milliari ab hoc oppido, pons est, quem *Pont de mevliet* vulgo nominant, adiunctam habens Arcem munitissimam, vnde per occultos Canales, turgente mari, aqua circa oppidum, vndiquaque restagnat. In faucibus huius oppidi, Arx est, cum turri valida, cui *Risban* nomen, quæ ingressum à mari in oppidum prohibet. Porro autem Eduardo V. Anglorum Rege, deditum Anglis fuit, ob ex-

extremam famem vndecimo mense post horribilem contra Philippum Franciæ Regem ad Cressiacum pagum commissam pugnam. Anno 1347. Franci id receperant, Anno 1558. Duce Guisio. Anno 1596. sub initium mensis Aprilis Archidux Albertus Belgicarum prouinciarum Gubernator, Hollãdico & Confœderatorum bello contra regem Philippum adhuc durante, primam expeditionem in Calesium subito instituit, & breuissimo tempore, cum admiratione multorum ex voto perfecit, arceque secundo assaltu 26. Aprilis potitur, & sic Calesium arcemque ipsam, quæ multorum opinione insuperabilis videbatur, hoc est, Galliæ claues, in Regis sui loculos reposuit, qui deinde pacẽ inter ipsum & Franciæ Regem facta, ei Calesium restituit.

ITER AVGVSTA VINDEL. NAMVRCVM, NIVELLAM, ENGHIANAM CVRTRACVM, IPERAM, DVINKERKAM.

Spiram vsque numerantur mill.			28
Mandach 2.	*Rebmund* 3.	*Haubtvveißheim*	3.
VVilstain 3.	*Eckertsvveiler* 3.	*Leiffersvveiler*	3.
Leser 3.	*Binsfelt* 3.	*Nattenheim* 3. *Arsvelt*	3.
Asselbrun 2.	*Busory* 3.	*Flamisoul* 4. *Ortonville*	1.
Iournaulx 1.	*Grandchãps* 1½.	o. *Marche en famine*	½.
Harne ½.	*Iaique* 1.	*Siakon* 1. *Emptin*	1.
Couriol	1.	o. *Namur*	2.
		Simul	77½.

NAmurcum vulgo *Namur*, Comitatus Namurcensis vrbs præcipua, originem nominis satis habet obscuram. Aliqui à Romanis,

nis, tanquam inexpugnabilem rupem, exstructam referunt, ipsamque nouum murum, nominasse, vnde postea Namurri, siue vt alij perhibent, Namurrę appellatio, corrupta sensim voce facta sit. Situm est inter duos montes Namurcum, ad leuam Mosæ ripam. Ad occidentem Sambra fluuius Namurcense oppidum in duas partes intersecat, Mosa pertransit, exituque deinde suo, in eam se regurgitat. Pulchra & amœna est vrbs; Arceque loco ædito conspicua, longius se videndam præbet. Ornatur Namurcum, multo ab hinc tempore, illustri comitatus titulo, annuoque nec exiguo prouentu, quondā Marchionatus dignitate commendatum. Sedem in eam perpetuam fixit huius Comitatus Concilium, quod vocant, virorum iudicandis litibus delectorum, à quorum tamen Sententia ad Machelinienſem Principis Senatum prouocatur.

Templon	I.	*Yme Harmoy*	½.	*Masy*	½.
Sombref	I.	Vileer	½.	*Sarta Moulin*	½.
Hauthain	I.	o.*Niuell*	½.	*Borgeval*	I.
Braine le conte	I.	o.*Enghien*	2.	*S.Peter*	½.
o.*Lessen*	1½.	*Ellesselles*	2.	*Ronse*	1½.
Anelgen	1½.	*Snevegem*	1½.	o.*Cortrick*	I.

Simul 19.

CORTRACVM vulgo, *Cortryc*, Flādriæ oppidū est, ad fluuium Lisam, qui id intersecat, inter antiquiora Flandrię oppida numeratur, pro re certa habetur, ipsum Iulij Cæsaris ætate Neruiorum clientes fuisse. Est adhuc satis lautum, in eo quoque antiqua arx est, sunt in eo pulchræ ædes, conficiuntur hic nulli panni ex lana, & ex lineo innumeri.

Popering 1. *Becelaer* 3. o. *Yperen* 2.
Simul 6.

HYPRA vulgo Yperen/ ciuitas in occiduo Flandriarum tractu, à Septentrione 160. circiter stadijs distantem habet Oceanum Germanicum, à meridie verò stadijs 48. flumen Lisam, quorum vsu & opportuna commoditate variæ à cōcurrentibus mercatoribus excitātur nundinationes, omnibusque ad communem victum commodis & necessarijs suppeditatis fruitur, vt de huius præclari oppidi antiquitate, aut eius conditore aliquid certi dicatur, omnia obscura difficilioraque sunt, quàm vt certi aliquid in medium afferri possit. Eius non latè patent limites atque iurisdictio, tamen si vltra 90. stadia circulum non extenderis, innumerabilibus pagis vicisque circumsepta concluditur, in quibus tanta populorum feruet vis ac copia, vt ab eo qui non viderit, credi non possit. Multi enim & varij horum virorum duo, tria & quatuor millia hominum quos communicantes vocant continent, tanta plebis frequentia, splendore, numeroque ædificiorum veram vrbis faciem habent, hisq; ornamentis multas muro vallatas vrbes superant. Ferè omnes Lanificie aut agriculturæ diligentem impendunt curam & operam, tantæque sunt diligentiæ, vt ab ijs eatur in terræ viscera, multoque sudore cretaceam quandam effodiant terram, Margam dicunt (vulgò Mergel) quo suos stercorant, innouant, atque emendant campos; quare omnis eorum ager optimi ferax est tritici, hordei; præterea Auenæ, Fabæ, Pisi, Viciæ, Lini, Lupuli, Rapi, Brassicarum, aliorumque frugum, boni coloni faciunt

se-

sementem: Ex lini rapique Semine, copiosè exprimunt Oleum, regio hic præstat pullis gallinaceis, caponibusque, qui alijs nationibus suâ magnitudine sunt admirationi, equis quoque robore & animo præstantibus, belloque grauis armaturæ equitibus vtilissimis inuictissimisque, equabus præterea labori fortiter ferendo aptissimis; gregibus denique magnarum ouium fœtura multiplici fœcũdissimis. Boum etiam vaccarumque nutrix est optima; pressi casei, niuei lactis, pinguisque butyri abundantissima, vsq; adeò vt hebdomatim die Sabbati, magno numero confluxuque Atrebates, Artesij, Hannonij, Cameracenses, hic sua esculenta comparent. Ager riuulis & torrentibus lætus est, innumeris diues & amœnus pascuis, nemoribusque cæduis, arbustis dumisque suauissimis, altis arborib. varijsque pomorum generibus, magna cura & opera consitis. Vina verò, tum Francia, tum Germanica, tum Hispanica, nouo denique orbe nata, fluuiorum rex, magnusque pater abundè subministrat Oceanus, vt in hac regione nihil desiderari posset; quibus tãtoperè, vt merito laudat, & in cœlum vsque extollit suam Virgilius Italiam, vt non iniuria Maroni occini possit:

Laudibus Italiæ certet iam Flandria diues.

Hypra tertium Flandriæ membrum est, opere, & natura loci, ciuiumque virtute munitissima. Domus eius ciuica, structura, & admirabili longitudine amplitudineque, & Turri quadrata altissima insignis est, quam indigenæ Hallas vocant, in qua (dictu mirum) nulla Aranearum telæ pendent, nec Araneas in ea visus vnquam, in eadem bis per

annũm celebres & magnæ fiunt nundinationes, præſertim in Lanificio, cuius vt cæteri pene omnes Flandri, ſemper fuit ſtudioſiſſima hæc ciuitas, quæ non tantũ domeſtica, ſed & ab Hiſpanis, Anglis & Scotis Oceano mari aduecta, vtitur lana, quam in varios pannos conflatam, & miro artificio, alijs atque alijs, qui deſiderari poſſint, coloribus infectam tinctamque, in omnes Orbis prouincias peregrini efferunt, & diſtrahunt mercatores.

Vlaverting	1.	o.*Popering*	1.	*Provene*	1.
Havinge	$\frac{3}{4}$.	*Ooſtcappel*	$\frac{1}{4}$.	*Reppoe*	1.
o.*Bergen*	$1\frac{1}{2}$.	*Coekerke*	1.	o.*Duynkerke*	1.

Simul $8\frac{1}{2}$.

DVYNKERKA vulgo Duynkercken/ maritimum Flandriæ oppidum à Balduino Comite circa annum Chriſti 966. prima fundatione excitatum, paucis ab hinc annis incolarum diligentia, ciuitatis bene ornatæ laudem eſt conſecuta, nam decenti murorum ambitu ad ſecuritatem ciuium cinctum, etiam ſumptuoſis priuatarum ædium eſt exornatũ ſtructuris, præſtitit hoc ipſum portus multarum nauium capacis oportuna commoditas, incolarum frequentia, & negociationis mediocris tractatio. Galli ſubita expugnatione hoc oppidum deformarunt, eo bello, quo anno ſalutis 1558. Caletum & vicina aliquot oppida Anglis eripuerunt.

ITER AVGVSTAE VINDEL. OVDENARDAM, & NOVVM PORTVM.

Namurcum vſque numerantur mill. $77\frac{1}{2}$.

S.Denis	$1\frac{1}{2}$.	o.*Gemblours*	$1\frac{1}{2}$.	*Villeroux*	1.
Bouſſeval	1.	*Brame Alleu*	2.	o.*Hal*	2.

Pe-

Pepingen 1½. *Veringen* 1. *Galmart* 1½.
o.*Geretsberg* 1½. *Neerbrac* 1½. *Segelſem* 1.
o.*Oudenarde* 1½. Simul 96.

OVDENARDA vulgo Oudenarden/ ad flumen Scaldim ſita. Gandauo diſtat mill. quinque, mercimonijs ſatis frequens eſt, conficiunturq; in ea multa Aulea, magnuſque numerus pannorum Lineorum.

Noker 2. *S.Lois vive* 2. o.*Ingelmunſter* 1.
Carten 1. o.*Ronſſelaer* 1. *Staem* 2.
Eſſem 2. o.*Dixmude* ½. *Proviſo* 2.
Ramſcappel 1. o.*Nieuport* 1½.
Simul 17.

NOVVS PORTVS vulgo New Port/elegans eſt oppidulum cum Arce, habet & Portum maris ſatis commodum.

ITER AVGVSTA VINDEL. BRVXELLAM.

Namurcum vſque numerantur mill. 77½.
Templon 1. *Maſſey* 1. *Botey* 1. *Tillier* 1½.
Vilcer ½. *Baſſvileer* *Genape* 1.
Paſſeavant ½. *Tulven* ½. *Mont S.Iehan* ½.
VVaterlo ½. *Elſen* ¾. o.*Brueſſel* ¾.
Simul 86½.

Aliud iter Namurco Bruxellam.

Arthey 1. *Fery* 1. o*Gemblours* 1.
VVavre 3. *Overyſſche* 1. mo.*Roienclöſter* 1.
mo.*Ouvvergem* ½. *Eggevort* 1. o.*Brueſſel* ½.
Simul 10.

Aliud iter AVGVSTAE VINDEL. per HVIVM, BRVXELLAM, inde ALOSTVM, GANDAVVM, BRVGAS & OOSTENDAM.

Treverim vsq; numerantur mill. 39
o.*Viande* 5. o.*Housfalize* 4½. o.*Durbuy* 4½.
o.*Huy* 4. Simul 57.

HVIVM vulgo Huy/ ad Mosam flumen dioecesis Leodiensis, elegans oppidum est, antiquitate & primaria dignitate inter Condrusios præstans. Sunt autem Condrusij Belgarum populi, inter Eburones, qui nunc Leodienses dicũtur, Seguos & Treuiros, quorum erãt clientes, Mosæ fluuio & Arduennæ sylua finitimi. Situ est Huium ad modum amœno, superbo, ac pereleganti, viridi ac pabulosa in valle, inter præcelsos Condrusios mõtes, Mosæque fluminis ripas illustrat. Multa & varia liberalium artium genera hoc loci inueniuntur: inter ea autem pannorum textores, & qui ferrũ è terræ visceribus eruunt, principem locum obtinent: natura siquidem Huiensibus benigna, blando eos aspiciens vultu, nõ modo multas ferri fodinas, ex quibus plurimum ad eos lucri annuatim redit, sed & laxissima latifundia, larga manu concessit, quæ vberrimas ex se fruges, & generosa vina, pro anni locique constitutione annuo fœnore producunt. Hinc vulgus ex vitium cultura, sibi suisque vt plurimum victum quæritat: ingẽs hic siquidem copia vini producitur, eaque præstantia nobilitateq;, vt œnopolæ hoc vini genus, pro vino Gallico, partim hospitibus propinent, partim ad alias longin-

ginquas regiones, per Mosam & Carros euehant: Porro in monte praecelso, ciuitate incumbente, sita est arx regalis, vbi Leodiensium princeps curiam aulicam aliquando habet: Eam Erardus de Macca Cardinalis, & Episcopus Leodiensis, nimia vetustate nutantem, à fundamentis restaurauit. Turribus & propugnaculis, valdè est munita haec arx, appellaturque Benefacta. Est in ea incredibilis altitudinis & profunditatis puteus, est praeterea in arce Spheristerium, in quo nobiles & Aulici, pila ludentes, animi relaxandi gratia, & exercitio, calorem natiuum excitante, se exercent, sibi ipsis appetitum languidum concitantes. Est denique aliud oppido opus magnificum atque pulcherrimum, pons ex lapide viuo, quadrato serto, multorum Arcuum, & fortibus nitens pilis, qui vtramque Mosae ripam & partem opidi minoris, quae trans flumē est, maiori ciuitati coniungit. In hoc ponte est magna aëris salubritas, ac in plurima oppida, vicinaque elegantissima loca, vndequaque aspectus panditur. Hic tria spectatu dignissima sunt, Ecclesia maior, Castrum amoenissimo loco situm, & rari operis pons, vnde in prouerbium Gallicum abijt, *Nostre Dame, le Pont, & le Chasteau, sont à Huy trois beau ioyau.*

Messe 3. *Atreglise* 2. *Vastine* 2. *Gosli* 1½. *VVarre* 1. *Overyssche* 1. *mo. Royencloster* 1. *mo. Ouvvergem* ½ *Eggevoert* 1. *o. Bruessel* ½.
Simul 13½.

BRVXELLA vulgo Brüssel/ vrbs est Brabantiae celeberrima, gemino eoq; amplissimo murorum ambitu cincta, ea est magnitudine, vt Louanio

quod à Cecia respicit, parum cedat. Situ locum occupat amœnissimum, agro bene culto, nemoribus ac pratis vndique circumdata est, intus partim in colles, leniter assurgit, partim se in planiciem pandit, mediam Senna fluuius interlabitur, quo, antequam nouus Alueus, quem vulgo die Vart dicunt, nauigia descendebant in Deliam Antwerpiam peruentura. Nouus ille alueus per quinque miliaria recto tramite in Deliam ducit. Quatuor Cataractas versatiles, quasi portas, vulgo Sassen habet, suis singulas locis commodè dispositas, quibus tantum indies hauriunt aquæ retinentq́;, quantum ad quotidianam nauigationem satis est, & ne in Deliam, amnis totus effundatur, impediunt: Principium enim fossæ ad vrbem Bruxellensem, quadragenis duobus pedibus, ostium aquæ, vbi Deliæ miscetur, altitudine superat, constitisse Bruxellensibus, vltra octingenta florenorum millia affirmatur. Opificiorum in hac vrbe genera sunt duo & quinquaginta in 9. Tribus (quas Natten vocant) distributa. Primariæ ex his sunt Armifabrorum & Polimitariorum: Hi Aulæa & picturas textiles Auro, Argento, Serico, multiplici opere acu contextas, vniuersæ fere Europæ diuendunt: illi Armorum vario genere fabricando, pręstant non modo multifariam expolienda, sed ea etiam subtilitate, ferrum chalybe temperando, vt Thoraces, Galeas, Scutaque isthic inuenias sclopeti ictu inpenetrabilia, delubra, ædes sacras, atque omnium ordinum fana, mirè structuræ artificio, & ornatus varietate præclara, Bruxella ostentat, inter quas Basilicam Gudulæ, propter insignem structuræ magnificētiam maximè excel-

çellit. AEdificiorum operumque tum publicorum tum priuatorum, generatim Bruxellæ æquabilis eſt vndique Symmetria, qua inprimis præſtat Curia municipalis. Superba hic quoque videre eſt variorum Heroum Belgarumque magnatum tecta. Omnium verò operum vniuerſe longeque præſtantiſſimum eſt Prætorium vel Palatium, ea magnificentia exædificatum, vt licet ad antiquum exemplar vndique abſolutum non ſit, regiæ tamen Maieſtatis dignitatem præ ſe ferat; idonea Curialium ſedes, & peroportuno loco poſita. Huic adhæret ampliſſimus cirbus, perpetuo muro clauſus, ad extrema vſque vrbis mœnia extenſus, qui omni deliciarum genere, Regibus, principibuſque & quauis nobilitate conſpicuis, digno, copiosè abundat Miſſas hic facimus varias & priuatorum ciuium domos, inſtructiſſimos etiam hortos, ijs quaſi villę adiūctos, vnde non ſolum, quæ ad quotidianum vſum requiruntur, ſed etiam quidquid ad voluptatem comparari ſolet, abundantiſſimè ſuppeditatur. Præterimus tot limpidiſſimos fontes, quibus hinc inde per plateas, limpidiſſima aqua, quibuſuis, ad neceſſitatem ſubminiſtrata gratum oculis ſpectaculum præbet. Claret etiam Bruxella Vicecomitatus titulo, æternaque ſedes eſt, ſummi totius Brabantiæ Senatus, quem Cancellariam vocant, Nomophilacia dici poſſet. Pręcipuam denique laudem Bruxellen. Reſpub. meretur, quod anno 1576. & 77. dum ciuilibus quataretur motibus Brabantia, atrociſſimi Iberi conatus, quando huic potiſſimum vrbi inſidiabatur, forti prudentique animo reſtiterit.

Dryhusen ½. *Zellicke* ½. *Asche* n
mo.Affligem 2. o. *AElst* 1.
Simul 5.

ALOSTVM vulgo Aelst/prima fundatione castellum fuit, quod temporis successu in elegantem vrbem excreuit, distinctam plateis, ornatam Ecclesijs, murorum, & aquarum ambitu, multisque propugnaculis valde munitam. Domus Senatoria perampla est, forum spatiosum nundinis Hebdomalibus celebre. Subditos habet Alostum pagos 170. extenditurque eius ditio vsque ad muros ciuitatis Gandensis, portas Oudenardæ, & inter suburbia Teneramundæ, continet præterea Alostense territorium duos principatus, videlicet Steenhusensem, amplo & populoso pago insignem qui peculiaris est dominij, & Gauerensem, ex quo Egmondanus Comes Principis titulum obtinet, ex negociatione Lupuli (flos est ad temperaturam cereuisiæ necessarius) magnum quæstum faciunt Alosti incolæ. Porro vt Alostensis Comitatus, totius Flandriæ fertilissimus habetur, ita & in ea, Alostũ, excellentium ingeniorum semper patria & genetrix fuit, qui dum non domesticis tantum innotuerunt, sed & exteris, Alosto splendori & ornamento fuere. Hos inter Cornelius Scribonius Grapheus non vltimam laudem meretur, sicut nec eius filius Alexander Grapheus, Nicolaus Stopius, Arnoldus Meermannus, Petrus Alostanus pictor & Architectus excellentissimus.

Erp ½. *Oerdegem* 1. *Quaet Atrecht* 1.
Melle ½. o. *Gent* 2.
Simul 5.

GAN-

GANDAVVM vulgo Gent/ coluere primi indigenæ Gorduni ſiue Gruduni Neruiorū clientes, teſte Cæſare, deinde Romani, quos ipſe Iulius Cæſar hic primum præſidio collocauit. His poſtremo acceſſere Saxones, quod ad 60. millia Carolus Magnus, in hanc Belgicæ partem traduxit. Vrbs *eſt* non amplitudine ſolum, & dignitate, ſed amœnitate quoque loci quam flumina, riui, prata, colles & cœlum denique, non alibi ſuauius afficit, conſpicua, cum alijs rebus clariſſima ſit, multo tamen clariorē reddidit fœliciſſimus Caroli V. Imp. ortus. Non arbitror (inquit Eraſmus in Epiſtola) quaqua patet Chriſtiana ditio, ciuitatem vllam reperiri, quæ cum hac conferri queat, ſiue ſpectes amplitudinem vrbis ac potentiam, ſiue politiam, ſiue gentis indolem, hactenus ille. Tria milliaria Germanica in ambitu continet. Inſulæ habitatæ, quæ fluminibus & Aquæductibus eminent, ſunt in hac vrbe 20. Pontes, quorum multi, tribus fulciuntur fornicibus, plurimi duobus, naueſque maximas (quas illi Pleiten vocant) ſubmittunt 98. Molę ventis agitatę plures cētum, quarum maxima pars frumenta frangit, aliæ ex ſemine contuſo Oleum conficiunt: vna aquam ex Vliginoſis pratis in flumina educit. Sex item aquarum impetu rapiuntur, ex quibus quatuor granis frangendis, quinta Corticibus, ſexta Papyro conficiendæ ſeruit. Templa Parœciarum hęc vrbs tantum 7. habet, quarum, quę S. Martini in Ackergem, neque maxima neq; minima perhibetur, ædium diſtinctarum 5015. continet, quas plures nonnunquam familiæ incolunt. Abbatiæ intra mœnia ſunt 5. Canonicorum collegiata ſodali-

dalitia 11, Monasteria 25. Publica peregrinorum Xenodochia 7. Nosocomium vnum amplissimum & ditissimum. Gerontrophia vtriusque sexus decem: Pædotrophia, vbi etiam expositi infantes aluntur vndecim. Furiosorum ergastula vndecim, Xenodochium item Leprosorum, annuo prouentu ditissimum, vnde & nomen habet. His maiorum institutis liberalitas & pia benignitas ciuium huius quoque temporis accessit, qui ære vicatim, & in concionibus collecto, quotidie plus quàm 400. familias pauperum, omni re necessaria sustentant. Egregia etiam opificum habet collegia, inter quæ Laniorum & Nautarum primatum obtinent.

Mariekercke	½.	*Vinderhoute*	1. *Lovendigem*		½.
Somergem		1. *Vrsele*	1. *Knesselaer*		1.
Oclem		1. *Iacobinessen*	1½. o. *Brugge*		½.

Simul 8.

BRVGAE vulgo Brügge/ Fladrorum oppidum, à pontium multitudine, quorum frequens in hac ciuitate numerus inuenitur, hæc ciuitas multitudinis numero Brugas appellari existimatur, Germanicè enim pons ein Brügk / sonat, verissimè Erasmus de hac vrbe scripsit: Tanta est huius vrbis pulchritudo, vt omnium eorum iudicio, qui eam propius inspexerunt, non facilè aliam ei parem, in tota inferiori Germania inuenias, quæ pulcherrimis mœnibus munitur & cingitur, quæ latissimis & amœnissimis vijs tam perpetuis: quàm transuersis venustissimè distinguitur: quæ forum habet ædificijs pulcherrimis septem, ad quod sex latæ deducunt plateæ, totidem præcipuis portis respondentes:

tes: quæ crepidinibus & pontibus, iisque plurimis, ex lapide constructis pulcherrimè exornatur, quæ magnificentissimis, cum publicis, tum priuatis ędibus, præcelsis turribus, diuorumque augustissimis templis, 60. numero insignitur. Brugensis vrbs, maximo ambitu contenta, & in orbem ferè decentissimè circumducta, frequentissimè colitur, & habitatur. Canalē habet ad 3. miliaria, ex mari deductū, aliorum riuulorum influxu adauctum, qui se brachijs nauigabilibus, per multas ciuitatis plateas transfundit. Verissimè cùm Hadriano Barlando dici potest, Totus hic locus pascendis oculis, reficiendis animis, dicatus est, Pulchra sunt oppida Gandauū, Anwerpia, Bruxella, Louanium, Machlinia, sed nihil ad Brugas: AEneam quoq; Syluium ferunt, in tribus ciuitatibus, quas ætate sua longe cæteris intercellere putabat, etiam Brugas cōmemorasse. Insignis autem mulierum Brugēsium splendor ac magnificentia à Meiero commemoratur, nam anno 1301. cùm Philippus Galliæ Rex, cum Ioanna vxore Nauarræ Regina, subacta Flandria Brugas venisset, talemque mulierum splendorem ac fastum Regina conspiceret, indignabunda dixerit: Ego rata eram, solam me esse Reginam, at hic sexcentas conspicio. Opibus autem posteri lapsi sunt, cùm ob aquarum & vecturæ incommoditatem, mercatores & maximè quidem de Hanseatica societate, hanc vrbem deseruerunt, seque contulerunt Antwerpiam, non tamen omnis mercatura hic iacet: Lanificium enim, & Lanæ distractionem retinuerunt.

ITER

ITER AVGVSTA VINDEL. LAVBINGAM, HAILBRVNNAM, & HEIDELBERGAM.

Aichstetten	1.	*Adlasried*	½.	*Reiteren*	1.
Nevvberberg	*Altmunster*	½.	*Filtenbach*		½.
o.*Laugingen*	1½.			Simul	5.

LAVBINGAM vulgo Lawgingen, antiquum esse Bauariæ Ducum in Suevia oppidum, ad Danubium nō modo ex ipsa ædificiorum forma, sed & ex multis Romanorum inscriptionibus, quæ integræ, quædam etiam mutilæ ibidē cōspiciuntur, intelligi potest. Patria est Alberti Magni ex nobili Solstettiorum oriundi familia, ex cuius natalitia domo, elegans est constructa Ecclesia, & in Turri est illi ab incolis erecta statua.

Stauffen ½.	o.*Giengen*	1½.	o.*Haidenhaim*		1½.
S.Bartelme		2½.	*Bargen*	2. *Gmund*	1.
o.*Schorendorff*	2.	*VVinada*	2.	*Botvvar*	2.
Gruppenbach	1.	o.*Hailbrun*	1.	*Vorfelt*	2.
Helmstet	1.	*Lobenfelt*	1.	o.*Heidelberg*	1½.
				Simul	22½.

Aliud iter HEIDELBERGAM, per NORDLINGAM, HALAM, VVIMFINAM, inde HEIDELBERGAM. deinde VVORMATIAM, CREVTZNACHVM, LEODIVM, THENAS, LOVANIVM, MECHLINEAM, ANTWERPIAM.

Oberhausen	1.	*Langvvald*	1.	*VVestendorff*	1.
Merding	2.	o.*Dunavvert*	1.	o.*Harburg*	1.
o.*Nordlingen*		2.		Simul	9.

NORD-

NORDLINGA vel NORDLINGIACVM vulgo Nordlingen/à Tiberio Nerone 34. annis antequam ad imperium eueheretur, nomen ſumpſiſſe ſcribitur, dum videlicet ſub Cæſare Auguſto militaret, vt Nordlinga ſit quaſi Nerolinga, quia Nero cum ſuo exercitu ibi hyemem tranſegit. Primum ciuitas exſtructa eſt in monte, vbi adhuc Parochiale templum S. Emerati ſitum, quæ ciuitas cùm igne vaſtata eſſet, poſtea curia Imperatorum in valle erecta eſt, ad fluuium Eger dictum, qui ciuitatem ferè mediam interſecat. Habet maior domorum pars in hoc ſitu ſuos proprios & ſalubres fontes, cellas vinarias, atque multas alias commoditates; quas in monte habere non potuit. Habuit ab antiquis temporibus patricios & multos nobiles, atque diuites familias, inſignesque alios ciues, quos ob egregia facinora domi foriſque geſta, Cæſares proſequuti ſunt magnis beneficijs ac gratijs.

o.Elvvang 3. *Dam* 3. *o.Hall* 2.

Simul 8.

HALA vulgo Hall/ præſtans Imperiale oppidũ ob Salis ingentem copiam è monte cæſam, atque deinde aqua per Salis montem deriuata recoctam, partim ad molem augendam, partim ad ſaporis ſuauitatem, inprimis viſu dignum, in valle ſitũ eſt. Cocharus flumen oppidum interſecat, plurimaſque commoditates adfert, præſertim vectura lignorum, quo in Salis coctione vtuntur, vnde non modo huius opidi incolæ, ſed & vicini, quæſtum & fructus ingentes percipiunt: nam in Salinarijs cauſis, tam nocturno quàm diurno tempore continuo occupantur labore, qui decem, & quinque vrnis

aquam

Aliud iter AVGVSTAE VINDEL. per HVIVM, BRVXELLAM, inde ALOSTVM, GANDAVVM, BRVGAS & OOSTENDAM.

Treverim vsq; numerantur mill. 39
o.*Viande* 5. o.*Housalize* 4½. o.*Durbuy* 4½.
o.*Huy* 4. Simul 57.

HVIVM vulgo Huy, ad Mosam flumen diœcesis Leodiensis, elegans oppidum est, antiquitate & primaria dignitate inter Condrusios præstans. Sunt autem Condrusij Belgarum populi, inter Eburones, qui nunc Leodienses dicũtur, Seguos & Treuiros, quorum erãt clientes, Mosæ flunio & Arduennæ sylua finitimi. Situ est Huium admodum amœno, superbo, ac pereleganti, viridi ac pabulosa in valle, inter præcelsos Condrusios mõtes, Mosæque fluminis ripas illustrat. Multa & varia liberalium artium genera hoc loci inueniuntur: inter ea autem pannorum textores, & qui ferrũ è terræ visceribus eruunt, principem locum obtinent: natura siquidem Huiensibus benigna, blando eos aspiciens vultu, nõ modo multas ferri fodinas, ex quibus plurimum ad eos lucri annuatim redit, sed & laxissima latifundia, larga manu concessit, quæ vberrimas ex se fruges, & generosa vina, pro anni locique constitutione annuo fœnore producũnt. Hinc vulgus ex vitium cultura, sibi suisque vt plurimum victum quæritat: ingẽs hic siquidem copia vini producitur, eaque præstantia nobilitateq;, vt œnopolæ hoc vini genus, pro vino Gallico, partim hospitibus propinent, partim ad alias lon-

gin-

ginquas regiones, per Moſam & Carros euehant. Porro in monte præcelſo, ciuitate incumbente, ſita eſt arx regalis, vbi Leodienſium princeps curiam aulicam aliquando habet: Eam Erardus de Macca Cardinalis, & Epiſcopus Leodienſis, nimia vetuſtate nutantem, à fundamentis reſtaurauit. Turribus & propugnaculis; valdè eſt munita hæc arx, appellaturque Benefacta. Eſt in ea incredibilis altitudinis & profunditatis puteus, eſt præterea in arce Spheriſterium, in quo nobiles & Aulici, pila ludentes, animi relaxandi gratia, & exercitio, calorem natiuum excitante, ſe exercent, ſibi ipſis appetitum languidum concitantes. Eſt denique aliud oppido opus magnificum atque pulcherrimum, pons ex lapide viuo, quadrato ſerto, multorum Arcuum, & fortibus nitens pilis, qui vtramque Moſæ ripam & partem opidi minoris, quæ trans flumē eſt, maiori ciuitati coniungit. In hoc ponte eſt magna aëris ſalubritas, ac in plurima oppida, vicinaque elegantiſſima loca, vndequaque aſpectus panditur. Hic tria ſpectatu digniſſima ſunt, Eccleſia maior, Caſtrum amœniſſimo loco ſitum, & rari operis pons, vnde in prouerbium Gallicum abijt, *Noſtre Dame, le Pont, & le Chaſteau, ſont à Huy trois beau ioyau.*

Meſſe 3. *Atregliſe* 2. *Vaſtine* 2. *Goſli* 1½.
VVarre 1. *Overyſſche* 1. *mo.Royencloſter* 1.
mo.Ouvvergem ½. *Eggevoert* 1. *o.Brueſſel* ½.
Simul 13½.

BRVXELLA vulgo Brüſſel/ vrbs eſt Brabantiæ celeberrima, gemino eoq; ampliſſimo murorum ambitu cincta, ea eſt magnitudine, vt Louanio

quod à Cecia respicit, parum cedat. Situ locum occupat amœnissimum, agro bene culto, nemoribus ac pratis vndique circumdata est, intus partim in colles, leniter assurgit, partim se in planiciem pandit, mediam Senna fluuius interlabitur, quo, antequam nouus Alueus, quem vulgo die Vart dicunt, nauigia descendebant in Deliam Antwerpiam peruentura. Nouus ille alueus per quinque miliaria recto tramite in Deliam ducit. Quatuor Cataractas versatiles, quasi portas, vulgo Sassen habet, suis singulas locis commodè dispositas, quibus tantum indies hauriunt aquæ retinentq;, quantum ad quotidianam nauigationem satis est, & ne in Deliam, amnis totus effundatur, impediunt: Principium enim fossæ ad vrbem Bruxellensem, quadragenis duobus pedibus, ostium aquæ, vbi Deliæ miscetur, altitudine superat, constitisse Bruxellensibus, vltra octingenta florenorum millia affirmatur. Opificiorum in hac vrbe genera sunt duo & quinquaginta in 9. Tribus (quas Natien vocant) distributa. Primariæ ex his sunt Armifabrorum & Polimitariorum: Hi Aulæa & picturas textiles Auro, Argento, Serico, multiplici opere acu contextas, vniuersæ fere Europæ diuendunt: illi Armorum vario genere fabricando, pręstant non modo multifariam expolienda, sed ea etiam subtilitate, ferrum chalybe temperando, vt Thoraces, Galeas, Scutaque isthic inuenias sclopeti ictu inpenetrabilia, delubra, ædes sacras, atque omnium ordinum fana, mirè structuræ artificio, & ornatus varietate præclara, Bruxella ostentat, inter quas Basilicam Gudulæ, propter insignem structuræ magnificētiam maximè excel-

çellit. AEdificiorum operumque tum publicorum tum priuatorum, generatim Bruxellæ æquabilis eſt vndique Symmetria, qua inprimis præſtat Curia municipalis. Superba hic quoque videre eſt variorum Heroum Belgarumque magnatum tecta. Omnium verò operum vniuerſe longeque præſtantiſſimum eſt Prætorium vel Palatium, ea magnificentia exædificatum, vt licet ad antiquum exemplar vndique abſolutum non ſit, regiæ tamen Maieſtatis dignitatem præ ſe ferat; idonea Curialium ſedes, & peroportuno loco poſita. Huic adhæret ampliſſimus cirbus, perpetuo muro clauſus, ad extrema vſque vrbis mœnia extenſus, qui omni deliciarum genere, Regibus, principibuſque & quauis nobilitate conſpicuis, digno, copiosè abundat Miſſas hic facimus varias & priuatorum ciuium domos, inſtructiſſimos etiam hortos, ijs quaſi villę adiũctos, vnde non ſolum, quæ ad quotidianum vſum requiruntur, ſed etiam quidquid ad voluptatem comparari ſolet, abundantiſſimè ſuppeditatur. Præterimus tot limpidiſſimos fontes, quibus hinc inde per plateas, limpidiſſima aqua, quibuſuis, ad neceſſitatem ſubminiſtrata gratum oculis ſpectaculum præbet. Claret etiam Bruxella Vicecomitatus titulo, æternaque ſedes eſt, ſummi totius Brabantiæ Senatus, quem Cancellariam vocant, Nomophilacia dici poſſet. Pręcipuam denique laudem Bruxellen. Reſpub. meretur, quod anno 1576. & 77. dum ciuilibus quataretur motibus Brabantia, atrociſſimi Iberi conatus, quando huic potiſſimum vrbi inſidiabatur, forti prudentique animo reſtiterit.

Dryhusen ½. *Zellicke* ½. *Asche* 1. *mo.Affligem* 2. o. *AElst* 1.

Simul 5.

ALOSTVM vulgo Aelst/prima fundatione castellum fuit, quod temporis successu in elegantem vrbem excreuit, distinctam plateis, ornatam Ecclesijs, murorum, & aquarum ambitu, multisque propugnaculis valde munitam. Domus Senatoria perampla est, forum spatiosum nundinis Hebdomalibus celebre. Subditos habet Alostum pagos 170. extenditurque eius ditio vsque ad muros ciuitatis Gandensis, portas Oudenardæ, & inter suburbia Teneramundæ, continet præterea Alostense territorium duos principatus, videlicet Steenhusensem, amplo & populoso pago insignem qui peculiaris est dominij, & Gauerensem, ex quo Egmondanus Comes Principis titulum obtinet, ex negociatione Lupuli (flos est ad temperaturam cereuisiæ necessarius) magnum quæstum faciunt Alosti incolæ. Porro vt Alostensis Comitatus, totius Flandriæ fertilissimus habetur, ita & in ea, Alostū, excellentium ingeniorum semper patria & genetrix fuit, qui dum non domesticis tantum innotuerunt, sed & exteris, Alosto splendori & ornamento fuere. Hos inter Cornelius Scribonius Grapheus non vltimam laudem meretur, sicut nec eius filius Alexander Grapheus, Nicolaus Stopius, Arnoldus Meermannus, Petrus Alostanus pictor & Architectus excellentissimus.

Erp ½. *Oerdegem* 1. *Quaet Atrecht* 1. *Melle* ½. o. *Gent* 2.

Simul 5.

GAN-

GANDAVVM vulgo Gent/ coluere primi indigenæ Gorduni siue Gruduni Neruiorũ clientes, teste Cæsare, deinde Romani, quos ipse Iulius Cæsar hic primum præsidio collocauit. His postremo accessere Saxones, quod ad 60. millia Carolus Magnus, in hanc Belgicæ partem traduxit. Vrbs est non amplitudine solum, & dignitate, sed amœnitate quoque loci quam flumina, riui, prata, colles & cœlum denique, non alibi suauius afficit, conspicua, cum alijs rebus clarissima sit, multo tamen clariorẽ reddidit fœlicissimus Caroli V. Imp. ortus. Non arbitror (inquit Erasmus in Epistola) quaqua patet Christiana ditio, ciuitatem vllam reperiri, quæ cum hac conferri queat, siue spectes amplitudinem vrbis ac potentiam, siue politiam, siue gentis indolem, hactenus ille. Tria milliaria Germanica in ambitu continet. Insulæ habitatæ, quæ fluminibus & Aquæductibus eminent, sunt in hac vrbe 20. Pontes, quorum multi, tribus fulciuntur fornicibus, plurimi duobus, nauesque maximas (quas illi Pleiten vocant) submittunt 98. Molę ventis agitatę plures cẽtum, quarum maxima pars frumenta frangit, aliæ ex semine contuso Oleum conficiunt: vna aquam ex Vliginosis pratis in flumina educit. Sex item aquarum impetu rapiuntur, ex quibus quatuor granis frangendis, quinta Corticibus, sexta Papyro conficiendæ seruit. Templa Pareciarum hęc vrbs tantum 7, habet, quarum, quę S. Martini in Ackergem, neque maxima neq; minima perhibetur, ædium distinctarum 5015. continet, quas plures nonnunquam familiæ incolunt. Abbatiæ intra mœnia sunt 5. Canonicorum collegiata sodali-

dali-

dalitia 11. Monasteria 25. Publica peregrinorum Xenodochia 7. Nosocomium vnum amplissimum & ditissimum. Gerontrophia vtriusque sexus decem: Pædotrophia, vbi etiam expositi infantes aluntur vndecim. Furiosorum ergastula vndecim, Xenodochium item Leprosorum, annuo prouentu ditissimum, vnde & nomen habet. His maiorum institutis liberalitas & pia benignitas ciuium huius quoque temporis accessit, qui ære vicatim, & in concionibus collecto, quotidie plus quàm 400. familias pauperum, omni re necessaria sustentant. Egregia etiam opificum habet collegia, inter quæ Laniorum & Nautarum primatum obtinent.

Mariekercke	$\frac{1}{2}$.	*Vinderhoute*	1.	*Lovendigem*	$\frac{1}{2}$.
Somergem	1.	*Vrsele*	1.	*Knesselaer*	1.
Oclem	1.	*Iacobinessen*	$1\frac{1}{2}$.	0. *Brugge*	$\frac{1}{2}$.

Simul 8.

BRVGAE vulgo Brugge/ Flãdrorum oppidum, à pontium multitudine, quorum frequens in hac ciuitate numerus inuenitur, hæc ciuitas multitudinis numero Brugas appellari existimatur, Germanicè enim pons ein Brügk / sonat, verissimè Erasmus de hac vrbe scripsit: Tanta est huius vrbis pulchritudo, vt omnium eorum iudicio, qui eam propius inspexerunt, non facilè aliam ei parem, in tota inferiori Germania inuenias, quæ pulcherrimis mœnibus munitur & cingitur, quæ latissimis & amœnissimis vijs tam perpetuis: quàm transuersis venustissimè distinguitur: quæ forum habet ædificijs pulcherrimis septem, ad quod sex latæ deducunt plateæ, totidem præcipuis portis responden-

tes:

ses: quæ crepidinibus & pontibus, iisq́ue plurimis, ex lapide constructis pulcherrimè exornatur, quæ magnificentissimis, cum publicis, tum priuatis ędibus, præcelsis turribus, diuorumq́ue augustissimis templis, 60. numero insignitur. Brugensis vrbs, maximo ambitu contenta, & in orbem ferè decentissimè circumducta, frequentissimè colitur, & habitatur. Canalē habet ad 3. miliaria, ex mari deductū, aliorum riuulorum influxu adauctum, qui se brachijs nauigabilibus, per multas ciuitatis plateas transfundit. Verissimè cùm Hadriano Barlando dici potest, Totus hic locus pascendis oculis, reficiendis animis, dicatus est, Pulchra sunt oppida Gandauū, Anwerpia, Bruxella, Louanium, Machlinia, sed nihil ad Brugas: AEneam quoq; Syluium ferunt, in tribus ciuitatibus, quas ætate sua longe cæteris intercellere putabat, etiam Brugas cōmemorasse. Insignis autem mulierumBrugēsium splendor ac magnificentia à Meiero commemoratur, nam anno 1301. cùm Philippus Galliæ Rex, cum Ioanna vxore NauarræRegina, subacta Flandria Brugas venisset, talemq́ue mulierum splendorem ac fastum Regina conspiceret, indignabunda dixerit: Ego rata eram, solam me esseReginam, at hic sexcentas conspicio. Opibus autem posteri lapsi sunt, cùm ob aquarum & vecturæ incommoditatem, mercatores & maximè quidem de Hanseatica societate, hanc vrbem deseruerunt, seque contulerunt Antwerpiam, non tamen omnis mercatura hic iacet: Lanificium enim, & Lanæ distractionem retinuerunt.

ITER

ITER AVGVSTA VINDEL. LAVBINGA, HAILBRVNNAM, & HEIDELBERGAM.

Aichstetten 1. *Adlasried* ½. *Reiteren* 1. *Nevvherberg* *Altmunster* ½. *Filtenbach* ½. o.*Laugingen* 1½. Simul 5.

LAVBINGAM vulgo Lawgingen/ antiquum esse Bauariæ Ducum in Suenia oppidum, ad Danubium nō modo ex ipsa ædificiorum forma, sed & ex multis Romanorum inscriptionibus, quæ integræ, quædam etiam mutilæ ibidē cōspiciuntur, intelligi potest. Patria est Alberti Magni ex nobili Solstettiorum oriundi familia, ex cuius natalitia domo, elegans est constructa Ecclesia, & in Turri est illi ab incolis erecta statua.

Stauffen ½. o.*Giengen* 1½. o.*Haidenhaim* 1½. *S.Bartelme* 2½. *Bargen* 2. *Gmund* 1. o.*Schorendorff* 2. *VVinada* 2. *Botvvar* 2. *Gruppenbach* 1. o.*Hailbrun* 1. *Vorfelt* 2. *Helmstet* 1. *Lobenfelt* 1. o.*Heidelberg* 1½. Simul 22½.

Aliud iter HEIDELBERGAM, per NORDLINGAM, HALAM, VVIMFINAM, inde HEIDELBERGAM, deinde VVORMATIAM, CREVTZNACHVM, LEODIVM, THENAS, LOVANIVM, MECHLINEAM, ANTWERPIAM.

Oberhausen 1. *Langvvald* 1. *VVestendorff* 1. *Merding* 2. o.*Dunavvert* 1. o.*Harburg* 1. o.*Nordlingen* 2. Simul 9.

NORD-

NORDLINGA vel NORDLINGIACVM vulgo Nördlingen/ à Tiberio Nerone 34. annis antequam ad imperium eueheretur, nomen sumpsisse scribitur, dum videlicet sub Cæsare Augusto militaret, vt Nordlinga sit quasi Nerolinga, quia Nero cum suo exercitu ibi hyemem transegit. Primum ciuitas exstructa est in monte, vbi adhuc Parochiale templum S. Emerati situm, quæ ciuitas cùm igne vastata esset, postea curia Imperatorum in valle erecta est, ad fluuium Eger dictum, qui ciuitatem ferè mediam intersecat. Habet maior domorum pars in hoc situ suos proprios & salubres fontes, cellas vinarias, atque multas alias commoditates; quas in monte habere non potuit. Habuit ab antiquis temporibus patricios & multos nobiles, atque diuites familias, insignesque alios ciues, quos ob egregia facinora domi forisque gesta, Cæsares prosequuti sunt magnis beneficijs ac gratijs.

o. *Elvvang* 3. *Dam* 3. o. *Hall* 2.
Simul 8.

HALA vulgo Hall/ præstans Imperiale oppidū ob Salis ingentem copiam è monte cæsam, atque deinde aqua per Salis montem deriuata recoctam, partim ad molem augendam, partim ad saporis suauitatem, inprimis visu dignum, in valle sitū est. Cocharus flumen oppidum intersecat, plurimasque commoditates adfert, præsertim vectura lignorum, quo in Salis coctione vtuntur, vnde non modo huius opidi incolæ, sed & vicini, quæstum & fructus ingentes percipiunt: nam in Salinarijs casis, tam nocturno quàm diurno tempore continuo occupantur labore, qui decem, & quinque vrnis

aquam

aquam ex fonte Sul hauriunt,& per canales ſubtili ratione compoſitos ad Sartagines plumbeas, quarum III. ſunt, deducunt:

Eringen 2. o.*Nevvenſtat* 2. o.*VVimpffen.* 2.
Simul 6.

VVIMPFINA vulgo Wimpffen/ ſita eſt ad Neccarum fluuium, nomē ſumpſiſſe putatur quibuſdam à martyrio & tormento mulierū, quaſi Weibs Pein. Etenim hæc ciuitas olim à Hunnis deſtructa, viri occiſi, mulieribus vbera amputata fuere. Antea Cornelia dicta fuiſſe traditur.

o.*Helmſtat* 2. *Lobenfelt* 1. o.*Heidelberg* 2.
Simul 5.

HEIDELBERGA vulgo Heidelberg/ ad radices montium ſita Neccaro alluitur: Ptolomæo Budoris vocatur: alijs Ettelberg/vel Ettelburg/vocata fuit, quibuſdam etiam Panoria. Quidam nomen Heidelberg deducunt à Heidelbeern/ hoc eſt myrtis; qui in monte creuerunt, cuius etiam opinionis dicitur eſſe P. Meliſſus, qui montem Mirtorum, vel vrbem Myrtileti vocat; alij vrbis vocabulum à gentibus (germanicè Heyden) deriuant, quod videlicet propter loci opportunitatem nunquam cultoribus vacuus videatur. Alijs placet vt leuiter immutatum nomen, quaſi Adelburg ſit, propter nobilitatem videlicet. Vrbs hoc tempore elegans, magnifica & potens: Metropolis & Principum Palatinorum ſedes. Gymnaſium habet antiquum & nobile, quod Anno 1246. ibi fundatum, & à Ruperto ſeniore Principe Palatino, varijs priuilegijs ornatum eſt. Solum habet rerum omnium ferax, vini boni, frumenti, fructuum arboreorū, Caſtanearum nempe, aliorumq́;

o.*La-*

o.*Ladenburg* 1. *Lamparten* $1\frac{1}{2}$. o.*VVormbs* $1\frac{1}{2}$.
Simul 4.

VVORMATIA vulgo Worms/ Vãgionum Metropolim ad Rhenum sitam, quondã Borbetuomgum, corruptè verò VVormatiam, hodie dici constat *B* litera in *V* mutata, quasi dicas VVormagium, de ea ita Munsterus scribit: Peruetusta vrbs VVormatiensis, sita ad Rhenum in loco amœno; habet in orbem fundum nobilem, qui & generosum producit vinum, frumenti quoque copiam, circumcirca sunt plus minus ducenta oppida & villæ, quarum incolæ quotidie forum frequentant VVormatiense, esculenta inferentes, & qui ante Solis occasum domum redire queant. Populi, qui olim in circuitum huius vrbis ad 2. vel 3. milia- ria, versus pagum Altzheimensem habitauerunt, dicti fuerunt Vangiones, fuitq; VVormatia Metropolis eorum, magni nominis, tam apud Romanos, quam apud Francorum priscos Reges atque apud successores eorum, Germanorum Cæsarum, qui & multa ibi celebrauerunt Comitia, Concilia, nuptias, aut alios habuerunt solennes conuentus, in quibus de magnis tractarunt rebus, quod huius vrbis testantur Annales.

Altzen 4. *Flanum* 1. *VVilstain* 1. o.*Creutznach* 1.
Mandel 1. *Gevart* 1. *Dieffenbach* 1. *Oelvveiler* 1.
Beilstein $2\frac{1}{2}$. *Treis* 1. *Caerden* 1. *KeisersEsch* 2.
Vß 2. *Neichen* $\frac{1}{2}$. *Bruckh* $\frac{1}{2}$. o.*Heidelsheim* 2.
Statkeil 2. *Eyermund* 1. *Manderfelt* 1. *Holtzum* 1.
o.*Malmedier* 3. *Tzar* 1. *Pollister* 1. *Rana* 1.
Zeron 1. *Ramey* 1. o.*Liege* 1.
Simul $37\frac{1}{2}$.

LEODIVM vulgo *Liege*, Eburonum augusta vrbs, Germaniæ inferioris, quam & secũdam vocant, maxima, nomen habet à legione Romana, cum quinque cohortibus, ab Ambiorige Eburonum regulo, in ea valle, vbi nunc est vrbs Leodium cæsa, & in eadem loco Hybernante, quemadmodum id Thomas Leodius commentariolo de Tũgris & Eburonibus confirmat. Vrbs ipsa Leodiensis, quàm optimè munita, altissimis circumdata mœnibus. Vestitos vitibus montes, carbonarijs fodinis præstantes, libratamque planiciem murorum ambitu comprehendit: piscosis irrigua fluuijs, ædificiorum & publicorum & priuatorum magnificentia plane regia: Viarum ac platearum nitore & amplitudine præcellens, ita vt vniuersus Leodij situs, videndi sensui oblectando, grateque animorũ recreationi destinatus videatur. Siue enim quis montibus oblectetur, habet quocumque se vertat, in quibus expeditissimus quisque defatigetur; Si quem planities & prata iuuant, meditullium vrbis hæc affatim dabit, Gaudes nauigio, Venetam vrbẽ habebis, nisi quod hic Riui fluminis, & lympidissima fontium aqua multo iucundior sit, quàm apud Venetos fœtidum mare. Politica incolarum ciuilitate, hospitalitate & elegantia ciuium nobilissima est, doctissimis deniqueviris, varioque artificum genere ornatissima. Musarum etiam alumna & sedes, scholas enim & studiorum palæstras complures habat, ex quibus doctissimiviri, qui rei literariæ scriptis sunt ornamento, magno frequentiq; numero, velut ex equo Troiano prodierunt. Et quod de sua Burdegala testatur Ausonius. Clementia

tia hic cœli mitis & larga indulgentia terræ.

Le chestie Callo Ans ½. *Ayavvans* ½. *Fol* 1.
Mommael 1. *Prusset* ½. *Borchvvorm* 1½.
Hasselbroec 1. *Gingelum* 1. o.*Landen* 1. o.*Tienen* 2.
Simul 10.

THENAE vulgo Thienen/ copiosa & ampla Brabantiæ vrbs, sita ad fluuium Getam. Louanio & S. Trudine abest pari miliarium trium interuallo. Agro tam commodo gaudet, vt rei frumentariç horreum hactenus fuisse, origo & etymologia nominis manifestè conuincat, nēpe à Theniden, quod decimæ principibus iure Herculano dādæ, illic cō derentur, vnde oppidum, exēpto Delta de more Belgis frequentissimo, Thenen nominatum fuit. Ager hic non tantum pomorum feracissimus est, sed copioso etiam tritici prouentu nulli secundus habendus. Magnam vrbem, & magnę olim potentiæ, multisque negociationibus frequentem fuisse, & historiæ, & quæ illic hodie visuntur monumenta declarāt: quippe ter nouis aucta mœnibus, & antequam Buscumducis vulgo Hertzogenbos/ eius casu, ad hoc fastigium peruenisse quarta Brabantię Metropolis, sed ferocissimis inter Brabantos, Francos & Eburones bellis vexata, capta, euersaque non semel fuit, hodieque magna ex parte deserta est. Trium Brabantiæ ciuitatum, quæ inter minores principē locū habent, prima hæc est, amplis omnino priuilegijs, & quid ijs, quæ maiorū sunt ciuitatū ornata.

Vissenaken 1. *Boutersem* ½. *Pelleberg* ½. o.*Loven* 1.
Simul 3.

LOVANIVM vulgo Louen/ Brabanticarum vrbium caput celebre, literarū ac artium empo-

rium, à Ioanne Brabantiæ Duce fundatum, circa an nũ Christi 1422. ciuitas est amplitudine tum spacio sa, vt in circuitu habere dicatur intra mœnia, mili aria Italica 4. Cœli & aëris benignitate nulli cedẽs. Hic intra muros libera prata, vineę, horti spati osi, agri, pomaria, campi, dumi, saltus, pascua, paruę syluulę, paruanemuscula. Vox Louen composita à *lo* quod altum, & *ven* quod stagnantem locum significat, nec citra causam de hoc situ, nomẽ fabricatum est, eo quod nihil amœnius sit, quam vtramque faciem terram habere. Louanium certè & intra vrbẽ, & in suburbanis vbique campos habet aquis obnoxios, & ijs altior loca incumbentia, è quibus & colles assurgunt, alij vitibus cõsiti, alij syluis horridi, alij pomarijs vberes, alij per decliuia segetibus læti. nusquam terrarum locus est, qui magis mereri videatur, vt sit sacrum Musarum domicilium: conferãtur omnia quotquot sunt literarum Gymnasia, vel in Italia, vel in Hispania, vel in Gallia, vel in Germania, nullum inuenietur, quod huic par dici queat, sed in alijs alia desiderantur. Aureliæ in Gallijs solæ leges ciuiles, Parisijs Theologia, ius Canonicum, & Sophistica traduntur: Sunt aliæ quædam scholæ vbi sola in precio est medicina; Louanij omnes scientiæ docentur. Habet hæc vrbs sacras ædes plurimas; vnam D. Petri structura tam eleganti, vt Architectorum iudicio, nullam pluribus locis inuenias pari politia. E conspectu templi Apostolici, visitur domus ciuica operosissima, & quæ non vna re testetur florentissimam olim vrbem fuisse Louanium; Hanc artificij plenam mirantur Germani, Galli, Britanni, & Itali. Sunt & alia quædam Loua-

nij

nij non indigna ſpectatu loca. Xenodochium amplissimum, vbi nunquam non aſſiſtunt ægrotis muliérculæ, ſolatijs reficientes ſingulos, atque adferẽtes quod cuique è valetudine eſſe conſtiterit. Eſt alio loco digna Principe domus, quam extruendam curauit Hadrianus ſextus Rom. Pontifex, cùm adhuc in minoribus ageret. Intra mœnia viſitur & cœnobium Carthuſianorum, loco ab omni tumultu, atque frequentia ſemoto, ita vt nec Eremi ſolitudinem, in vrbe magnoperè deſiderent monachi; Hoc ædificio nihil ex ea familia vidiſſe ſe quicquã ſplendidius ingenuè fatentur quiuis exteri. Ad muros vrbis qua Machliniam itur, Arx eſt, inſigni vetuſtate, & ad ocium rerumque vrbanarum vacationẽ Principibus accommodata. Eodem in loco in monte templum eſt Baptiſtæ ſacrum: E regione Arcis, Turris eſt in ipſo muro, è candido lapide, ea altitudine, vt inde videri ſereno cœlo Antwerpia poſſit, octo magnis miliarijs Louanio diſſita, vulgo impẽſa perdita (Verlohren koſt) vocaur hæc Turris, Ager Louanienſis præter frumentum, legumina, triticum, poma, pira, perſica cæteraque, ad corporum alimoniam pertinentia, dat & vinum; cuius ea natura, vt non facilè inebriet, non facilè ad arma.

Tieldonc	1.	*Meerbec*	1.	*Heveren*	1.
mo.Mußen			$\frac{1}{4}$.	o.*Machelen*	$\frac{3}{4}$.

Simul 4.

MACHLINA vulgo Machlen/vetus & præclara vrbs priſcum adhuc ſeruat nomen. Ea naturæ beneficio ſalubri aëre imprimis vtitur, cæteris quoque rebus omnibus affluit, quæ ad homi-

pum consuetudinem sunt necessariæ. Singulari iurisdictione valet Machlinia suisque & proprijs legibus vtitur, grauidæque hic matres, dum pariendi instat tempus, relicta vrbe, in territorij Brabantiæ municipium quodpiam se conferunt, inibi onerosæ Alui pondus depositure, eo consilio, vt liberi in partem immunitatum Brabantinarum itidem veniant. Vrbs per se, non tãtum ędificiorum, tam priuatorum, quàm publicorum descriptione nobilis, verum etiam operibus molibusque firmissima existit, eoque magis, quod dum supra caput est hostis, patefactis ostijs, viciniam omnem, diffusis aquis, instar vasti lacus, ciues complere soleant, atque hoc pacto hostem intercludant: cunctis autem vrbanis operibus splendore, artificio structuraque antecellit Basilica D. Rumberto dicata, cui vasta & præalta imminet Turris, qua speculæ loco, ad remotissimarum tum ciuitatum, cum amœnissimarum circumstantium possessionum prospectum vtuntur: Secundum autem cum dignitatis, tum magnificentiæ locum illic obtinent Septa Pitzenburgica, in quibus Teutonici degunt Ordinis milites. Machliniæ 17. opificum collegia, exceptis cohærarijs, ad Senatum admittuntur, quoties de re aliqua graui deliberatio suscipitur, quorum præcisè sex tantum apud suos gratia & auctoritate valent (hi sunt pictores, Ichthyopolæ, Infectores, Coriarij, Ceruisiarij ac Lanij) vt ex ijs quotannis singuli leganturSenatores. Lanificij laus Machlinien. prima tribuitur quod tamen illic olim, sine comparatione multo fuit vberius, & copiosius exercitium: intra enim eius territorium super ter mille ducentas textrinas

ex-

extitisse compertum est. Hæc vrbs vti telarum & quidem optimarum, ita cortinarum multiplicium plena est. Tormenta, Tintinnabula denique instrumenta & vasa quæuis nullibi terrarum maiore artificio, dexterius faciliusq; confluantur: in ea quoque vrbe ad quosuis casus Princeps habet armamētarium, Tormentis æreis ac ferreis, machinis, bellicisque instrumentis, puta nauibus, pontibus, carris, denique tanta re castrensi & militari suppellectile affluens, ac postremo tot operarijs fabrisque plenum semper, vt spectatoribus admirationem copia pariat. Machlinien. sunt omnium vectigalium immunitate donati, ob præstita Carolo Burgundionum Duci in obsidione Nouesiensi vulgo Nuyß (oppidum est ad Rheni ripas infra Coloniam Agrippinam) officia, Carolus quoque Senatum vulgo Concilium regium Anno 1473. instituit, qui quo cum queis esse ipsum comitabatur assequebaturque, ab eo omnia pene Belgicæ Tribunalia ius accipiebant. Porro cum Ioannæ vxoris beneficio Philippus primus, ad amplissimam Hispaniensium & annexorum regnorum possessionem vocatus necessario transmitteret, eius iussu anno 1593. ad eam vrbem, in medio prope Belgij sitam, sedes fixit ille Senatus, eius tamen forma & auctoritate, nec non Consiliariorum numerò, antea nonnihil immutato, qui vti nunc est, vno Præside, sedecim Consiliarijs, duobus Scribis ab Epistolis, siue à Secretis octo, & cætera munusculorum turba. Huc generatim post ciues & Tribules, Flandris, Attrebatibus, Hollandis, Zelandis, Namurcensibus, Lucenburgēsibus, Valencinēsibus, postremo illis, qui litigiosa

illa prædia colunt, in Flandriæ Hannoniæque confinijs collocata (de quorum iurisdictione ac iudicatu Flandrij & Hannonienses valdè pertinaciter inter se contendunt) ex domestico foro prouocare, appellaréve licet. Frisij item, occidentẽ Solem versus, ac Vltraiectini, paucis ab hinc annis, hunc ipsũ agnoscunt Senatum recognitorem ciuilium causarum, quas ipsi ante iudicassent, Hic ex formula pretoria Thiasus Torquatorum sistitur, hicq; Iudex semel definit lites controuersiasque omnes, tam ciuiles quàm criminosas, nulla prouocationis prorogatione, aut gratia, illo in ipso foro in gratiam maximè peregrinorum, etiam Gallicè litigatur.

VVaelhelm	$\frac{1}{2}$.	*VVaerloos*	$\frac{1}{2}$.	*Contick*	1.
Luythagen	1.	*Berchem*	$\frac{1}{2}$.	o. *Antvverpen*	$\frac{1}{2}$.
				Simul	4.

Aliud iter ANTWERPIAM per MOGVNTIAM vulgo Maintz / BINGAM, BACHRACHVM, VVESALIAM, POPARDIAM, CONFLVENTIAM vulgo Coblentz / ARENSPERGVM, SLEIDAM, AQVISGRANVM, vulgo Aken / TRAIECTVM ad Mosam vulgo Maestricht / HASSELTVM, DIESTAM, LIERAM, ANTWERPIAM, indeque MITTELBVRGVM & FLISSINGAM.

Nordlingen vsque numerantur antea mill.	9.
Halla Sueuiæ distat Nordlinga	8.
VVimpfina abest Halla	6.
Heidelberga post se relinquit VVimpfinam	5.
VVormetia dissita est Heidelberga mil.	4.

Ten Hutten 1. o. *Altzheim* 1$\frac{1}{2}$. o. *Oppenheim* 1$\frac{1}{2}$.

Cont-

Contzerbloem 2. o.*Mantz* 1.
Simul 39.

MOGVNTIA vulgo Maintz/ nomen ſortitur à Mogano vel Mœno fluuio. Olim Moguntiæ fuerunt munimenta contra Alemannos, ad ipſam Rheni ripam, Moguntia autem vetus paulo remotior fuit à Rheno, quemadmodum adhuc teſtãtur riuæ, in loco admodum commodo eſt Moguntia, vbi Mœnus fluuius Rheno cõmiſcetur, agrumque habet ab vtraque ripa fœcundum & præſtantiſſimo vino luxuriantem. Magna eſt Moguntia benè munita & ſpiſſa, tum populoſa ea parte, quam Rhenus alluit, ex alio verò latere rarum habitatorem habet: immenſa eſt longitudine, in lato anguſtior. AEdes ampliſſimæ ſunt, Romanorum more, Baſilicæ & Collegiatæ Eccleſiæ, magnificæ & perornatæ cum Arce Epiſcopali. Nulla eſt in Rheni tractu ciuitas, quæ plura quàm Moguntia antiquitatis monumenta oſtentat: Archiepiſcopum ex Septẽ virorum Imperij ordine dominum & moderatorẽ agnoſcit. Vniuerſitas Moguntiæ eſt circa annum 1482. à Diethero Iſenburgio Archiepiſcopo inſtituta. Tacitus hic molem ad remorandum Rhenum inchoauit, quæ à Paulino Pompæo Romanorum Legionum in Germania Duce ſub Nerone Imp. perfecta fuit. Pons quoque ligneus apud Moguntinos à Carolo Magno trans Rhenum conſtructus fuit, qui paulo poſt Vulcani rabiei litatur.

Vinten 1. o.*Ingelheim* 1. *Ogerheim* 1½.
o.*Bing* ½. *Dreckshuſen* 1. o.*Bacharach* 1.
Simul 6.

BACHARACHVM vulgo Bacharach/ aliqui à Bacho dictum putant, ob prestans vinum quod ibi crescit.

o. *OberVVesel* 1.

VVESALIA superior vulgo Ober Wesel/ ad differentiam inferioris VVesaliæ. Situm obtinet VVesalia superior inter Bachrachum & S. Goari vicum, Archipræsuli Treuirensi paret.

o. *S. Gvver* 1. *Hirtzenach* 1. o. *Bopart* 1. Simul 3.

BOPARDIA vulgo Bopart/ post S. Goari oppidum sinistrum Rheni latus occupans, impignorationis iure ad Archiepiscopum Treuirensem spectat. Antiquitus Bonus portus dictam fuisse Bopardiam volũt aliqui: Si enim situs oportunitatem, vini abundantiam præstantiamque: si lignorum, & earum omnium rerũ, quæ vitæ necessitas postulat, copiam consideres: si oppidanorum elegantiam: vrbanos iucundosque Sales, quibus suauissimè se exercere, & reficere solent, consideres, non immerito Bopardiam hanc à bonitate portus nuncupatam putabis. Iuxta Bopardiam Arx vetus ex, quam Vulcani rabies deformauit, domus regia vulgo nuncupata, quę in potestate Baronum est, vulgus die Bayrherrn von Bopart appellitat, qui multa castra in Lotharingia possident, vbi & plurimum morari consueuerunt. Hæc regia domus anno 1497. à Bopardiensibus, in obsidione secunda Brandenburgici Marchionis, ne hosti esset munitio, incensa est. Torrens hanc præter labitur domum, inde nomen habens, die Königs Bach/ originẽ ex proximis syluis ad oppi-

pidum pertinentibus ducit Reipub. eo commodo, quod 7. per illum molæ agitentur.
Ascendendus est mons arduus.

o.Rens	1.	*Capel*	1.	*o.Coblentz*	1.
				Simul 3.	

CONFLVENTIA vulgo Coblentz/oppidum Galliæ, Episcopo Treuirensi paret. Hic Mosella, quæ Ptolomæo est Obrinca, ex Vogeso monte oriens, multis admissis amnibus, Rheno commiscetur & lõgissimo tractu, fluminis aqua, ob diuersitatem coloris conspici & discerni potest læuam Mosella, dextram Rheno obtinente. Oppidum hoc commẽdat antiquitas, sicut & reliquas omnes, ad confluentes fluuios sitas vrbes, quare non paucæ iuxta Rhenum inueniuntur. Studuerunt enim veteres, in huiusmodi confluentijs condere ciuitates, & Arces, quod ea loca tutiora sint, ac munitiora, & de inde multas commoditates ab amnibus habent. A confluendo datum oppido nomen, iuxta Mosellam habitatoribus frequens, pulcherrimarum ędium seriæ, ad pontem vsque, summo ornatu deducta, egregriè nitet. Bina Canonicorum collegia habet, ædes sacras augustas, Teutonicum demum, aliaque cœnobia, Palatium etiam Principis amplum. Homines hic sunt emunctæ naris ingenijque bene dotati & exculti, qui ferè omnes, Atticum quid spirant. Vtraque Mosellæ ripa eximij operis ponte coniungitur, qui ex quadratis lapidibus, pilis longè ordine arcuatim constructis innititur, & ex inferiore Germania in superiorem tendẽtibus, transitum per hoc oppidum præbet: Ex opposito ad dexterum Rheni latus, in summo mõtis culmine

mine Archipræsulis Treuirensis castrum est Erenbretstein/validis munitum saxis ac turribus, omnisque generis machinis bellicis, puluere item ac globis instructissimũ, ex quo Confluentini in officio retineri, Rheno etiam atq; Mosella, ingrati hospites percommodè arceri possunt. In montis radice Molheim pagus est, in quo Monachorum cœnobiũ, & acidi saporis fons vberi, qui solus huic oppido potum largitur.

Oichtingen	2.	o.*Meyen*	1½.	*Acht*	2.
o.*Arenberg*	2.	*Steinfelt*	2.	o.*Sleiden*	1.
Kesternich		1½.	*Lambertsdorff*		½.
Per syluam vsque Auff die Hutte					1.
o.*S.Cornelis munster*	1.	mo.*Borschet*	¼.	o.*Aken*	1.
				Simul	15½.

AQVISGRANVM vulgo Aken/ Sacri Romani Imperij ciuitas libera, à Grano Duce Romano, Neronis fratre, primæua fundatione constructa, ab eo, & ab aquis calidis, plano ibidem loco repertis, vt multi (incerto tamen authore perhibent) Aquisgranum denominata. Ab Hunnis deuastata à Carolo Magno restauratur, murisque cingitur, qui & primum religionis Christianæ pædotriba hic extitit: Palatio etiam, regia magnificentia conspicuo, huius vrbis splendorem adauxit, quod anno Christi 881. à Nordmãnis igne iniecto consũptum est. Ex eadem hac vrbe Carolus re & nomine Magnus anno partæ salutis 814. ad fœlicẽ beatorũ patriam emigrauit ætatis suæ 71. ex quo regnare cœperat 46. indict. 7. Kal. Febr. 5. hora diei 3. Eius corpus more solenni lotum & curatum, maximo totius populi luctu, Ecclesiæ illatum atque humatum

est,

est, quam ipse suis impensis, eodem loco constru-xit. Arcus autem super tumulum eius deauratus, cum imagine & titulo extructus talis est. Sub hoc conditorio situm est corpus Caroli Magni & orthodoxi Imperatoris qui Regnum Francorum nota biliter ampliauit, & per annos 46. feliciter rexit. Hæc vrbs tametsi in valle sita, & montibus circumquaque septa sit, incredibili tamen gaudet aëris salubritate, quam pręcipuè testantur mira hominum in ea ad decrepitam vsque senectam viuacitas, ac pestilenticorum morborum raritas. In proximo vrbis ambitu, lata fere planicies est, in qua & pascua sunt, alendo pecori commodissima, & agri pingues omnisque generis frugum feraces. Hos ambiunt montes syluosi, igni alimenta præbentes, nec non ligneam saxeamq; materiam, ædificijs abundè suppeditantes, nec desunt fontes, tam foris pascua irrigantes, quàm intus diuersis locis, cùm publicè in plateis, tum priuatis in ædibus scaturientes, sed structura ac magnitudine insignis, qui medio in foro è regione amplissimæ domus Senatoriæ, perpetuas aquas, octo Canalibus ex alto diffundit. Sunt & Torrentes, mediam vrbem perlabentes, mundiciei ac Molis circumducendis seruientes. Infra miliaris spatium ab vrbe, ad Hybernum occasum, effoditur Cadmiæ genus, vulgus lapidem Calaminarem vocat, quo æs, ad auri colorem tingitur. Haud procul inde Meridiem versus, Ferri plūbiq; inueniūtur metalla. Ad Orientem ab vrbe effoditur terra nigra foco culminario, admixta gleba, aptissima. Adeo natura ipsa locum hunc varijs multisque dotibus locupletauit, vt ad fœlicitatem nihil deesse

vi de-

videatur quam nauigabililis fluuius; quo quamuis careat cùm ad Orientem Rhenum, ad Occidentem Mosam habeat, tanta est ibi annonæ copia & facilitas, vt multas etiam riparias vrbes hoc nomine superet. Sed alias dotes omnes, vincunt aquarum calidarum vberrimi simul & saluberrimi fontes, nec calore, nec humore deficientes tantaque aquæ copia scaturientes, vt singuli plures balneorum alueos, eosq; magnos, noua quotidie aqua implere queant. Sunt autem eorum quidam intra mœnia, quidam extra, in vico suburbano, intra vrbem duę sunt præcipuæ Thermæ, quarum alteræ dicuntur regiæ, alteræ Cornelianæ, quæ quidem vt loci intercapedine distant, ita & aquarum qualitatibus, ac facultatibus, cùm inter se, tum à suburbanis nonnihil discrepant.

Schaven	$\frac{1}{4}$.	*Bomelen*	$\frac{1}{4}$.	*Iseren*	$\frac{1}{2}$.
Schuerle	$\frac{1}{4}$.	*Gulpen*	$\frac{1}{2}$.	*Partey*	$\frac{1}{4}$.
Vylen	1.	*Lummiers*	$\frac{1}{2}$.	0. *Mastricht*	$\frac{1}{2}$.

Simul 4.

TRAIECTVM ad Mosam vulgo Maßtricht/ vrbs in Eburonum finibus amplissima, ad vtramque Mosæ ripam posita, iunctaque lapideo ponte, fornicibus 10. accuratissima structura confecto; à traijciendo flumine, nomen habere, constanti historicorum sententia perhibetur. Eius incolas, Bothasios Tacito dictos Marlianus existimat, qui Cæsaris commentaria indice copioso illustrauit. Habet Traiectum ad Austrum saltus Apricos amœnissimos, pabulationibus iumentorum aptissimos: ad Occidentem & Septentrionem patentes campos satorum fertilissimos: ad Orientem Mosa est, infinitis

nitis vſibus commodus fluuius, ciuium pars, Epiſcopo Leodienſi, pars Duci Brabantiæ paret, vtriq; ſuos ibi habent præfectos ædileſque, Senatus Romanorum more, præbet Traiecto plurimum vtilitatis lecora fluuius, exiguus quidem ſed ſubinde niuibus reſolutis, aut immodicis imbribus ita exundans, vt pagis ædibuſque vicinis, non parum detrimenti inferat. Quin & illud memorabile quod paſſim in vicinis Traiecto locis, potiſſimum verò in Gronsfelt, ſabuloſi è terræ viſceribus eruũtur lapides; præſtantiſſimi autem in pago Zichen, vtpote duriores ac diuturniores; at deterrimi in Hunnorũ monte, in quibus prę ter Conchyliorum ſpecies, in lapidem induratas, animalium quoque oſſa reperiuntur, vnde conijcere quis poſſet, eos montes ex diluuij oſtibus aggregatos.

Billen	2.	o. *Haſſelt*	2.	o. *Dieſt*	3.
Tettegem			2.	o. *Liere*	2.

Simul 11.

LYRA vulgo Liere/oppidum ad Netam fluuium (à puritate fluxus ita nominatum) tam loci natura, quàm arte & opere munitiſſimum, elegans, & amœnum adeo, vt à nobilibus & mercatoribus, quos opum affluentia & rara habendi ſatietas ita beauit, vt à negociatione abſtinere, & à curis & hominum turba remoti, paratam vitã degere velint, ocij & quietis domicilium vt plurimum deligatur. Inhabitatores alit natura ad humanitatem, ciuilitatem & benignitatẽ factos. Nundinæ celebres Boariæ, celebrantur hebdomadatim, à feſto Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtę, vſque ad Martini, menſe Nouembri, quo tempore alias fuit tantus ibi mercatus

catus boum, negociatioque ac distractio tam frequens, vt fidem excedere videatur. Abundat Lanificio, & aliorum opificum mercibus, quin & triuialibus scholis, & optima primarum artium traditione, pacis tempore præstare semper solebat. Forum exhibet tam amplum & elegantissimorum ædificiorum nitore circumdatum, vt hoc nomine cum omnibus totius Brabantiæ ciuitatibus certare queat.

Luythagen 2. *Berchem* ½. o. *Antvverpen* ½.
Simul 3.

ANTVVERPIA vulgo Antwerpen/Brabantiæ vrbs, valde magnifica, Emporium longè celeberrimum, ad dextram Scaldis ripam longo tractu, mœnibus & turribus ornata: ab Oceano secundum flumen 15: circiter miliarbus Brabanticis distat: Sunt qui ab adiectu adiectam germanicè Antwerp Antwerpiam dictam perhibent, eo quod triplici augmento, prioribus mœnibus alia sunt adiecta: cùm enim longe lateque Scaldis, qui nullis coercebatur aggeribus, nullo certè cõtinebatur Alueo, per loca paludosa, vliginosa atque arndineta liberè exspaciaretur, effectum esse, vt & crebro æstu, & quotidiano accessu atque recessu maris, crebrisque alluuionibus, paulatim ea editiora fierent, vt hinc nomen sortitam esse, sit verisimile. Primaria Antwerpiensis Ecclesia, Beatæ Mariæ Virgini inscripta, amplitudine magnificentiaque excellens, multis ornamentorum generibus decorata est. Eius eminentior turris, campanis destinata, mirabili structura & candido marmore, affabrè facta, admirandæ altitudinis visitur; alta

alta pedes quadringentos viginti, vnde non tãtum sumptuosissima ciuitatis ædificia, sed & amœnissimi quaque versus agri, horti, prata etiam vltra Scaldim in Flandria prospiciuntur, Sunt in ea triginta tres campanæ, promiscuæ magnitudinis, quæ tam consonantem edunt sonum, & diuersas melodias ita exprimunt, vt ab harmonia musica vix eum distinxeris. Præeminet quoque Abbatia S. Michaëlis, vbi Princeps Antwerpiam appellens, diuertere solet, olim Marti dedicata, in Ecclesia iuxta maius altare, sepulta est Isabella de Bourbon, desponsata Carolo de Charlois, qui postremus Burgũdiæ Dux fuit, mortua inibi Anno 1465. vt regale ipsius Epitaphium demonstrat. Antwerpia rebus omnibus & necessitati voluptatique seruientibus abundat. Sunt in ea Parochiales ædes quinque. Virorum monasteria nouem. Fœminarum totidem: Sacella vt vocant octo: Hospitalia tria: Domus Dei, vt vulgo dicunt Gotshuysen 24. Porrò inter amplissimas quę illic visuntur ædes duæ sunt, vtriusq; sexus Orphanotrophia, perpetuis à Magnificis viris admodum liberaliter dotatæ reditibus: in quarum vna, pueri, qui otiosi alioquin victum in plateis quæritantes, ad omnem nequitiam enutriuntur, ijs exercentur artibus, quæ ad necessarios hominum vsus conducunt, In altera puellarum institutio tanta diligentia obseruatur, vt spectatissima indole, & optimis moribus animum imbuant, manus sic labori adaptent, vt matura iam ætate, quæ domi & foris, in stabilienda re familiari opus sunt, affabrè calleant. A magistratu 4. Iudices decernuntur Pupillorum & Orphanorum exactissimam curam habentes, sin-

gulis præterea annis duo Eleëmosynarij, duobus eo munere substituuntur alijs duobus (4. enim sunt numero) in officio manentibus; ciues ad hoc eliguntur, vti opum copia & facultatibus pollentes sic egregia vitæ sinceritate probitateque clari, qui singulis diebus, festis præsertim, eleëmosynam publicè in templis exorant, eamque in pauperes, adhibita, quæ par est discretione, partiuntur, quæ quotannis summam triginta millium Ducatorum frequenter excedit. In ipso ferè ciuitatis vmbilico Area ampla quadrata, Bursam vulgo nuncupant, panditur, amplissimo septa Peristylio & pulcherrimis columnis, quibus ambulacrum, tectoconclusum sustinetur, tam accuratè fornicatum, vt non Testudo, sed Tabulatum videatur, in quo pulcherrima quæque videndi, sensum oblectantia venum exponuntur, subter negociatores tractandarum rerum & commerciorum causa, certis horis quotidie conueniunt. Splendidissimæ etiam Prætoriæ ædes conspiciuntur, quæ ex marmore viuo sectoque lapide, ex regionibus longè dissitis comportato, tantis sumptibus, tantoque artificio quatuor annorum tempore constructæ sunt, vt materia operis formam, & forma materiam ipsam superet. Venustissimum frontispicium in sublime fastigium, per quinque ordines Architectonicos ascendens, pro operis symmetria paulatim gracilescit: nec minus exteriori, decenter respondet interior structura. Tribunalibus, Subsellijs, Atrijs, conclauibus, ambulacris & aulis tam congruo vtilique ordine digestis, vt dictu mirum videatur. Portæ ciuitatis decem & tres. Pontes publici quadraginta, quo-

quorum multi stratis lapidibus contecti. Antwerpia etiam peculiari Marchionatus titulo Sacri Ro. Imperij decoratur, cuius est perantiqua nobilitas: semper enim, ab ipsa vrbe Thungrorum memoria, hoc loco Germaniæ & Galliæ limes fuit, sed non eadem semper ratione. Situs fluminis & negociationis oportunitas diuersarum gentium nationes huc pertraxit, quæ fixam residentiam ibi deligentes, magistratus suos peculiares habent, vt Senatores & Aldermannos, ædificiaque sibi elegantia cõstruxerunt, quæ sumptuosa Palatia dici merentur. Tanta itaque omnium gentium hic est confluentia, merciumque omnigenum hic est negociatio, vt orbem quis in vrbe contemplari videatur. Mœnia habet Antwerpia, & propugnacula valida, contra hostiles insultus ita firmata, vt prorsus insuperabilis existimetur, tamen ab Alexandro Farnesio Parmensi Duce, Belgij Gubernatore Anno 1585. per artificiosum naualem pontem, ad deditionem compulsa est.

o. *Vlissingen* 12.

FLISSINGA vulgo Vlissingen/ est tertia ex præcipuis vrbis VValacriæ, quæ est Zelandiæ insula, situ opposita Flandriæ. Olim sub annum 1400. Flissinga campus erat transitui in Flandriam natura commodus, quamobrem mœnibus Portisque cincta est, ijsq; quę ad portum necessaria erant, instructa, qui tam amplus firmusque est, vt quæcunque naues eo necessario oporteat appellare, estque Flissinga merito clauis maris Belgici dicenda, ideoque Carolus V. Imp. inter arcana mandata filio Regi Philippo data, cum monuit, vt Flissingæ curam

gereret,nam qui eo portu potiretur, maris ſibi dominium poſſe promittere: Verùm Albano Duce Anno 1572. à Fliſſinga,Enchuſia &pleriſque vicinis vrbibus, decimum nummum impotenter exigente eæ ab eo defecerunt. Vrbecula quidem eſt Fliſſinga exigua murorum ambitu, ſed arte à natura munita, qua parte mari obuerſa, ſtrenuiſque piſcatoribus ac exercitatis naucleris,quos Piloten vocant referta. Fliſſinga nomen habet,non ab Vlyſſe vt quidam nugantur, ſed ab Vrceo, aut Lagena potius, Belgis ein Fleſch/ cuius imagine ciuitatis vexilla, ac manipuli, quos etiam nauium malis, in vertice erectos conſpicimus inſigniti ſunt. Cùm enim loci huius incolæ, ſuauiter ſe poculis reficiant,nec ab ijs etiã abhorreant fœminæ, aliquando in hoc certamine viris potentiores,ab amplexu Lagenæ, qua ſingulariter afficiuntur eamque identidem exhaurire geſtiunt,nomen hoc ſunt conſequuti, aut idipſum,ſibi à potandi conſuetudine aſciuerunt,quæ quidem inter hos inoleuit, non vt inebrientur, ſed inter ſe exhilareſcant,atque animi nebulas diſcutiant. Sũt enim complures in hac regione,tetrici,mœſti,ſuperciliosi, melancholici, qui affectus à Brabantis & Flandris ſunt alieni. Populares & Fliſſingæ indigenæ ciueſque cum ſympatriotis Zelandis ſagacem quandam aſtutia callidamq; prudentiam communem habent,(ſi modò prudentiæ aſtutia calliditaſque adſcribẽda) nuſquam enim gentium tam dextri,atque Zelandi tantaque ſagacitate,in odorandis explorandiſque impoſtoribus captioſis,fraudulentis,ſubdolis,inſidioſis aſſentatoribus. Ab hac dijudicandi peritia emerſerunt in Belgas aliquot (exhi-

hibita aliquando populari comœdia) hæc vulgata dicteria, Morione, ne quis offenderetur effutiente.

Brabantus, hilaris festiuus, ridiculus in scœnicis comicisque moribus immodicus, Flander mulierosus, salax, intemperans, libidinosus, petulans, lasciuus, Hollandus simplex, improuidus, incautus, infacetus, iners, segnis, somniculosus, stolidus, ac minimè astutus.

Zelandus, callidus, vafer, versipellis, astutus, subdolus, captiosus, versutus. Qui affectus etiam ingrauescente ætate ac senectute, sese efficacius proferunt, nisi domita naturæ propensione, atque institutione aliter condere facta, ad meliorem frugem perducantur. Siquidem infimæ plebis ista sunt vitia, ac gentilitij mores, non patritiorum, aut virorum illustrium qui liberaliter educantur. De Zelādis vulgo celebrantur hi versiculi:

Crescit nequitia, simul crescente senecta
In Zelandinis, non fallit regula talis.

o.*Middelburg* 1.

MIDDELBVRGVM vulgo Middelburg/ non insulæ VValachriæ tantum, verum etiam totius prouinciæ siue Comitatus Zelandiæ Metropolis est, Middelburgum quidam dictam putant, quasi in insulæ medio situm Burgum. Eruditiores, etsi re longius petita, credunt à Mattiacis nomen accepisse, nonnulli à Metello, & eam ob causam Metelli Burgum dictam. Duobus ab hac vrbe canalibus Ermudam nauigatur: Eorum vnus est perantiquus, sed ita sinuosus ac strictus vt sit perquam incommodus, Alter recentis operis, adeo largus profundus-

que eſt, vt naues ducentis nauticis dolijs (doliu
autem ſex Amas, hoc eſt vini plauſtrum capit) onu
ſtas ferat. Peramœna eſt, etſi aërem parum ſalub
habet: vndique cincta eſt, valido muro, quam an
biunt largæ profundæque Foſſæ, anteriori muro f
matę. Eius viri perpulchri, domus elegantes, mon
ſteria ſplendida, illud virorum maximè, quod A
batiæ nomine inſignitum, id demum ex integr
Guilielmus Romanorum rex, Hollandiæ, Zeland
æque Comes faciendum ampliandumque curaui
in quo & ipſe & Regina Eliſabetha duobus ſepu
chris egregiè ſtructis conduntur. Emporium
Middelburgum omnium vinorũ, quæ mari ex Ga
lia, Hiſpania, Luſitania, aliundeque in Belgium a
uehuntur. Hanc vrbem Auraicus Princeps, obſeſſ
annum propè, omnibus maris itineribus, quibus
eam ab Hiſpanis annona inuehi poſſet (fame cap
Ramechana arce) potentique hoſtis claſſe non
mel fuſa, ipſam vrbem in ſuam poteſtatem dediti
ne redegit.

ITER AVGVSTA E VINDEL. ANDERNA
CVM, BONNAM, IVLIACVM, RVR
MVNDAM, & BERGAS ad Zomam.

Coblentiam vſque in itinere præcedenti numerant
mill.

o. *Andernach* 3. Simul

ANDERNACVM ſiue ANTONACVM
ANTONIACVM quod Ammianus, qui
lij Cæſaris ſtipendia meruit, Antennac
nuncupat, vulgo Andernach / in plano, ad Rheni m
ginem ſitum, fertiliſſima mõtium iuga Theatri

ſtar cingunt. Telonio & Valentiniani Imp. tumulo celebre eſt.

Tranſmitte Rhenum.

o.*Rheinbroel*	1½.	*Lins*	1.	*Oncle*	1½.
o.*VVinter*	¼.	*Godesberg*	1.	o.*Bonna*	1.

Simul 4.

BONNA celebre & antiquum Germaniæ oppidum, ſiniſtrum Rheni latus, ſitu plane ac peramœno illuſtrat, iucundiſſima agri vbertate gaudet, qui non modo omne frumenti genus, ſed & optima vina ex ſe maxima vbertate fundit. Iuxta ſunt colles præſtantiſſimis fructibus non tantum ad neceſſitatem, ſed & ad delitias opportunis, vndique conferti, qui & venatoribus optatos præbẽt receſſus. Feraciſſimus etiam excolitur hortis atq; pomarijs, quæ dulciſſima riuulorum ac fontium aqua, non ſine grato murmure irrigantur. Tanta vicini agri amœnitas, ac elegantia, cùm olim, tum noſtra quoque ætate, permultos nobilitate præſtantes viros, atque adeo Antiſtites Colonienſes inuitauit, vt domeſticam ibi figerent ſedem, de qua quidem aëris ſoliq́ue fœlicitate, huiuſmodi in antiquo ſaxo carmen inuenitur:

Bonna ſolum fœlix, celebris locus, inclyta tellus,
Florida martyrio, terra ſacrata Deo.
Exulibus requies, Aſylum mite fuiſti
Semper, externi te reperere ſuam.

Bonna opportuno ad defenſionem muro & foueis adprime inſtructis cincta eſt. Forum ſatis amplum, pulchris ædificijs atque Tabernis clarum: Fõtem admirabili aquarum copia ſcaturientem per occultos terræ meatus oſtentat.

Lommersum	1½.	o.*Lechnich*	1.	*Gimmenich*	1.
Kerpen	½.	*Hambich*	½.	o.*Gulich*	½.

Simul 5.

IVLIACVM ciuitas vulgo Gülich/ Ducatui cuius ipsa Metropolis est, nomen communicat. Arx in ea præualida est.

o.*Linnich*	1.	*Rorich*	1.	*Hulkchaven*	1.
o.*VVassenberg*	1.	*Herkenbos*	1.	o.*Ruermond*	1.

Simul 6.

RVREMVNDA vulgo Ruermund/ præcipuum post Neomagum Geldriæ Ducatus oppidum ad Ruræ fluuij ostium situm, vbi Mosæ miscetur, quondam perelegans, raro admodum Habitatore cultum nunc, ob furorem bellorum, occupantibus id præsidiarijs militibus. Sub Ruremunda vrbes sunt Venlonum, Geldria, Strala, VVachtendonckium, & Herculis Vrbecula vulgo Ercklentz/ in Ducatu Iuliacensi, Præfecturæ autem, Kesselij, Montisfortis, Melderij, Kriekenbekij, Echtij. Sub Othone tertio Geldriæ Comite, maxima habuit incrementa Ruremunda, eam namque tunc temporis villam muris cinxit, & ciuilibus priuilegijs ornauit, & ius cudendæ monetæ Ruremundanis à Cæsare Rudolpho primo obtinuit.

o.*VVeert*	3.	*Achel*	2.	*Neerpelt*	1.
Postel	3.	o.*Tornhout*	3.	arx *Hochstraten*	3.
Nienmer	2.	*Nispen*	1.	o.*Bergen op Zoom*	2.

Simul 20.

BERGA ad ZOMAM vulgo Bergen op Zoom/ Marchionatus caput, oppidum valdè elegans & nitidissimè cultum est, quod quia ad fluuiolum Zomam, non longè hinc ortum, eleganti & perop-

por-

portuno situ collocatum, ad Zoomam dicitur Bergam, quæ initio non alio quàm dominij titulo insignis à Carolo V. anno 1533. ad Marchionatus dignitatem euecta eleganter in exiguo quodam monte, in occidua Brabantiæ parte, ita mari vicina est, vt non immerito vrbis maritimæ nomen habeat, vrbs etiam non copiosa, multo ditior & rebus omnibus abundatior olim fuit, cùm mercatus illi Panni Anglici, quibus tantum prorogatiuæ concessum est apud eam frequentarentur. Regionem habet Berga municipalem valdè amplam, in qua & vici complures, & in ipso illic Scaldi parua quædam insula, fertilis & amœna.

ITER AVGVSTA VINDEL. COLONIAM AGRIPPINAM.

Bonnam vsque in itinere præcedenti numerantur mill. 61.
VViddig ½. *Hersel* ½. *VVeßling* 1. *Godorp* ½. o.*Cölln* 1½. Simul 4.

Aliud iter COLONIAM AGRIPPINAM per FRANCOFVRTVM ad Mœnum, Colonia autem NVYSSIVM, VENLONVM, BVSCVMDVCIS, GORICHOMIVM, DVRDRECHTVM, & ROTTERDAMVM.

Nordlingen vsque in itinere præcedenti numerantur mill. 9.
o.*Dinckelsbuhel* 2. *Berenpreunen* 1½.
o.*Krelsheim* 1½. *VValhausen* 1½. *Rot* ½.
Plansfelden ½. *Kelberbach* ½. *Rorbach* ½.
Habshausen 1. *VVachnbach* 1. o.*Mergethem* 1.

Konigshoven 1. *Distelhaim* 1½. *Piscophaim* ½. o.*Miltenburg* 2½. o.*Asschenburg* 3½. *Stockstat* 1. o.*Seligstet* 1. *Piber* 2. o.*Franckfort* 1.

Simul 34½.

FRANCOFVRTVM ad Mœnum fluuium, vulgo Franckfort am Mayn/ in extremitate Franciæ Orientalis situm oppidum, nomen Helenopolis ad Francorum aduentum in eam obtinuit, à quibus post modum Francorum siue Francfordia, vel ab instauratore Franco Marcomiri filio, appellata fuit. Ab antiquis temporibus Imperialis ciuitas extitit. Intersecat hanc vrbem Mœnus magnus & nauigabilis fluuius, qui in mõte Pinifero, vulgo Fichtelberg/ scaturiens, per Franconiam delabitur, ac multos recipiens amnes, nobile hoc emporium alluit, & ex Moguntiæ opposito Rheno commiscetur. Hunc Traiectum ac vadum Mœni, Franci olim sub Carolo Magno possidebant, à quo ciuitati Francfordianæ per eam occasionem natæ, datum esse nomẽ plerique existimant: cùm tamen constet hanc vrbem, etiam ante Caroli Magni tempus, iam olim Franco furti nomen obtinuisse. Altera ciuitatis pars, & ea quidem maior atque splendidior, Francofurtum: Altera autem quæ & ipsa muris ac foueis cingitur, Sachsenhausen/ hoc est Saxonum domus, vocatur, vtramve præstantissimo & arcuati operis ponte longa serie constructo, iungitur, eiusdemque amplissimi Senatus gubernaculo regitur. Ciuitas hæc nundinaria, & quasi commune non modo Germaniæ sed totius Europæ emporium est, certis siquidem anni temporibus in Quadragesima nimirum atque Septembri, negociatores huc ad ce-

lebrem

lebrem mercatum ex Superiore & Inferiore Germania, Italia, Gallia, Ostlandia, Polonia, cæterisq; Orbis partibus conueniunt, omnisq́, generis merces conferunt, quas partim parata moneta, partim aliarum rerum commutationibus distrahunt atque diuendunt. Pipinus Caroli Magni parens, in hac vrbe sacrum Saluatori templum, & Canonicorum Collegium, (quod tamen hodie ad S. Bartholomæum vocatur) ædificauit, Prædicatorum Fanum præstantissima nobilitatur Tabula, D. Virginem in cœlum emigrantem repræsentante, quam magni illius Alberti Dureri immortalitate dignissima manus, summo artificio delineauit. Carolus quartus Rom. Imp. electionis Romani Regis futurique Imperatoris, per septem Germanię principes Electores fiendæ, locum in perpetuum constituit, Bullaque aurea confirmauit. Vnde & mos inoleuit, vt cùm in dissensione Electorum, duo pariter in Rom. Regem nominarentur, alter in agro Francofurtensi iusto cum exercitu consideret, alterumq́ue sequimensis spatio cum eo conflicturus expectare consueuerit, qui vel prælio, vel alias cedente aduersario superior extabat, tum demum in vrbem recipiebatur, & pro rege agnoscebatur, ita accidit inter Henricum Landgrauium Thuringiæ, & Conrardum Frederici Secundi filium. Item inter Ludouicum Bauarum & Fridericum Austrium. Similiter inter Guntherum Schwartzenburgensem, & Carolum quartum. Porrò in nundinis Francofurtẽsibus illi, qui in arte gladiatoria excellunt, magistri titulo, si id ambiant, à magistro eiusdem artis, ciuibus tamẽ huius vrbis, ex speciali Romanorum

Imp.

Imp. & Regum priuilegio, insigniuntur, quod alibi non licet.

Ridlem $\frac{1}{2}$. *Schvvalbach* $\frac{1}{2}$. o.*Konigstein* 1.
Euffingen $\frac{1}{2}$. *Louvven* $\frac{1}{2}$. o.*Limpurg* $\frac{1}{2}$.
Vsque ad syluam ea protenditur ad Hoestenbach $\frac{1}{2}$.
VValler $\frac{1}{2}$. o. *Aldenkirch* 1. *Eußingen* $\frac{1}{4}$.
Pleiß $\frac{1}{2}$. o.*Sieburg* $\frac{1}{4}$. 18.
Transi syluam quæ extenditur ad mill. 1.
Essch 1. *VValstorff* $\frac{1}{2}$. *Camber oppidum ad dextram.*
Gnadenthal 1. 7. *Hunczangel* 1.
Moltzperg 1. V*Valmerode* $\frac{1}{2}$. *Pyffenstertz* $\frac{1}{4}$.
Fruling $\frac{1}{4}$. 13. *VVeyerbusch* 1.
KirchEyb 1. *Vckraet* 1. *Auff die VVaet* 1.
Trostorp 1. *Spich* $\frac{1}{2}$. *VVaen* $\frac{1}{2}$.
Orbich $\frac{1}{2}$. o.C*ölln* $\frac{1}{2}$.

Simul 21.

COLONIA AGRIPPINA, vulgo Cölln/ potentissima amplissimaque Romani Imperij libera ciuitas ad citeriores Rheni ripas sita, Vbiorum sedes fuit, qui grauiter à pugnaci Sueuorum gente, bellis & obsidione lacessiti, Romanorum implorãtes auxilium, à Iulio Cæsare in amicitiam S.P.Q.R. recepti fuerunt. Augusti verò tempore, nec multarum nationum ac potissimum Sueuorum, illac in Gallias incursiones facientium, iniurijs perpetuo foret obnoxia in vlteriorem ripam Treuirorumque partes, Vbiorum gens transgressa, nouum ibidem oppidum condere, atque in eo, circumque illud habitare cœpit, illos in fidem suam recipiente M. Agrippa, Augusti genero ac auo Agrippinæ Germanici filiæ, quam C. Cæsar in coniugem ad-

adſumpſit, aucto cognomento Auguſtæ, quæ, quo vim ſuam ſocijs quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum veteranos coloniamque deduci à Claudio Cæſare impetrat, cui nomen indictum ex vocabulo ipſius, atque ex eo tempore Coloniæ Agrippinæ ciues, Agrippinen. dici cœperunt. Splēdore & elegantia ſumma eſt Colonia, validiſſimis & arcuatis cingitur muris, qui opportunas ad defenſionem Turres 83. in circuitu colligunt. Duplici foſſa, vtrinque muro veſtitam, latam atque præcipitem multarum arborum vmbra & proceritate amœnam habet, quæ iucundam obambulationem meditationibuſque & ſtudijs commoditatem, æſtiuo tempore præbet, intus mœnia paſſim amœna conſpiciuntur Inca, quæ Pomi, Vineæ, aliæque fructiferæ arbores venuſtè conueſtiunt. Præclariſſimis etiam magnificiſque ædibus tam pietati, quàm priuatorum hominum neceſſitati paratis, pulcherrimè nitet. Maximo Fano, re & nomine ſummo, ex lapide viuo, admirabili arte elaborato, D. Petro dicato, ſi artificum extrema eſſet addita manus, nullū omnino vniuerſæ Germaniæ templum elegantia & magnitudine non ſuperaret, meritoque inter ſtupenda Europæ annumerandum veniret, intus multorum Principum, Epiſcoporum, Ducum, ex Cupro & Alabaſtro Tymbis illuſtratur. De perpolyto & nitido Machabæorum templo: De vndecim milliūm Virginum Baſilica multa referri poſſet, reliquarum ædium & monaſteriorum permagnus eſt numerus. Plebanica cenſentur Templa 19. Collegiata 10. Virorum cœnobia 15. Virginum, quarum octo velatas habent 22. Monialium & Vetularum conuen

Karst 2. *VVilich* 1. *S.Thonis* 1. o.*Kempen* S.*Nicolas* 1. o.*VVachtendonck* ½. o.*Venlo* 1½.

Simul 9.

VENLONVM vulgo Venlo/ oppidum Geldriæ ad Mosam fluuium munitissimum, mercimonijs pollet. Hic anno 1543. pax facta inter Carolum V. Imp. & Guilielmum Cliuiæ, &c. Ducem.

o.*Helmont* 5. *S.Oyen Ro* 3. *Boxtel* 1. *Ghestel* 1. o.*s'Hertzogenbos* 1.

Simul 11.

BVSCVMDVCIS vulgo s'Hertzogenbos/ à syluis atque nemoribus, quæ hoc loci quondam Brabantiæ Duci fuerunt, appellationem obtinet. Vna est ex quatuor Brabantiæ ciuitatibus; Ludo literario, magna ciuium & præstantium ædificiorum frequentia, pugnacique populo, ciuili tamen ac blando nobilis. Hic mercatura, lanificium, cæteræque mechanicæ artes florent: Deiparæ Virgini templum, in hac vrbe sacrum, opus visendo apparatu est.

o.*Heusden* 2.

HVESDENVM vulgo Huesden/ oppidum egregium, ædificijs satis copiosum, præterlabentem Vachalim prospectat: Castellum habet elegans, & magnificum multisque pagis latè imperitat.

o.*Gorcum* 2.

GORICOMVM vulgo Gorcum/ copiosissimum oppidum & opulentum, nominis haud postremi è tenuibus initijs ad magnarum opum affluentiam prouectum, nominis enim trahit originem à tenuium & egenorum piscatorum, quibus calami

nassæ

ſaſſæ,& algoſa retia opes erant, colluuie: qui gurguſtia ſua ad confluentes Lingæ ſegnis & cunctabundi amnis, vbi cum Vachali & Moſa confunditur habebant,& ob inopiam,& rei priuatæ egeſtatem per conuitium Gorekij vernacula voce nominabantur, qui huc immigrare compulſi ſunt, à ſuo Dynaſta Ioanne ex Herculanis regulis ſeptimo eiius nominis, qui locum præſidiarium antea caſtris Herculanis vicinum in oppidi faciem mutauit,muris illis circumdedit,arcem cultiſſimam, munitiſſimum & elegantis ſtructuræ opus, adiecit, idque ad annum ſalutis 1230. Mercatum habet quotidie frequentem,quem ingens omnis generis auium rerumque eſculentarum affluentia & hubertas exornat, opum luxuſque materia. E ſumma templi Turre,cœlo ſudo & ſereno proſpicere licet, & oculis deſignare vicena bina oppida muris clauſa, præter pagos innumeros & villas ; ſpectaculum luminibus gratiſſimum. Vicinus eſt illi ager Herculanus, vbi caſtra metatum Herculem Alamannicum,non Thebanum illum monſtrorum domitorem, à Græcis tantoperè decantatum,fabulantur; quem nominis ob egregiam virtutem æmulus creditur ; quod viri olim ſtrenui Hercules dici affectarent, vt Reges Ioues,& Neptuni,mari potentes.

Slydrecht 2. o. *Dort* 1.

Simul 3.

DVRDRECTVM vulgo Dort/iuſta veraque priſcæ appellationis lege ſcribendum ducitur; quod Grammatiſtarum vulgus ex vſu Dordracum hactenus ſcripſit,dicendumque auditoribus inculcauit. Sed iſti nimis otioſè diſſimulanterque præ-

Lommersum	1½.	o.*Lechnich*	1.	*Gimmenich*	1.
Kerpen	½.	*Hambich*	½.	o.*Gulich*	½.

Simul 5.

IVLIACVM ciuitas vulgo Gülich/ Ducatui cuius ipsa Metropolis est, nomen communicat. Arx in ea præualida est.

o.*Linnich*	1.	*Rorich*	1.	*Hulkchaven*	1.
o.*VVassenberg*	1.	*Herkenbos*	1.	o.*Ruermond*	1.

Simul 6.

RVREMVNDA vulgo Ruermund/ præcipuum post Neomagum Geldriæ Ducatus oppidum ad Ruræ fluuij ostium situm, vbi Mosæ miscetur, quondam perelegans, raro admodum Habitatore cultum nunc, ob furorem bellorum, occupantibus id præsidiarijs militibus. Sub Ruremunda vrbes sunt Venlonum, Geldria, Strala, VVachtendonckium, & Herculis Vrbecula vulgo Ercktelentz/in Ducatu Iuliacensi, Præfecturæ autem, Kesselij, Montisfortis, Melderij, Kriekenbekij, Echtij. Sub Othone tertio Geldriæ Comite, maxima habuit incrementa Ruremunda, eam namque tunc temporis villam muris cinxit, & ciuilibus priuilegijs ornauit, & ius cudendæ monetæ Ruremundanis à Cæsare Rudolpho primo obtinuit.

o.*VVeert*	3.	*Achel*	2.	*Neerpelt*	1.
Postel	3.	o.*Tornhout*	3.	arx *Hochstraten*	3.
Nienmer	2.	*Nispen*	1.	o.*Bergen op Zoom*	2.

Simul 20.

BERGA ad ZOMAM vulgo Bergen op Zoom/ Marchionatus caput, oppidum valdè elegans & nitidissimè cultum est, quod quia ad fluuiolum Zomam, non longè hinc ortum, eleganti & perop-

por-

portuno situ collocatum, ad Zoomam dicitur Bergam, quæ initio non alio quàm dominij titulo insignis à Carolo V. anno 1533. ad Marchionatus dignitatem euecta eleganter in exiguo quodam monte, in occidua Brabantiæ parte, ita mari vicina est, vt non immerito vrbis maritimæ nomen habeat, vrbs etiam non copiosa, multo ditior & rebus omnibus abūdātior olim fuit, cùm mercatus illi Panni Anglici, quibus tantum prorogatiuæ concessum est apud eam frequentarentur. Regionem habet Berga municipalem valdè amplam, in qua & vici complures, & in ipso illic Scaldi parua quædam insula, fertilis & amœna.

ITER AVGVSTA VINDEL. COLONIAM AGRIPPINAM.

Bonnam vsque in itinere præcedenti numerantur mill. 61.

VViddig ½. *Hersel* ½. *VVeßling* 1. *Godorp* ½. o.*Cölln* 1½. Simul 4.

Aliud iter COLONIAM AGRIPPINAM per FRANCOFVRTVM ad Mœnum, Colonia autem NVYSSIVM, VENLONVM, BVSCVMDVCIS, GORICHOMIVM, DVRDRECHTVM, & ROTTERDAMVM.

Nordlingen vsque in itinere præcedenti numerantur mill. 9.

o.*Dinckelspuhel* 2. *Berenpreunen* 1½.
o.*Krelsheim* 1½. *VValhausen* 1½. *Rot* ½.
Planfelden ½. *Kelberbach* ½. *Rorbach* ½.
Habshausen 1. *VVachnbach* 1. o.*Mergethem* 1.

Konigshoven 1. *Distelhaim* $1\frac{1}{2}$. *Piscophaim* $\frac{1}{2}$.
o.*Miltenburg* $2\frac{1}{2}$. o.*Asschenburg* $3\frac{1}{2}$. *Stockstat* 1.
o.*Seligstet* 1. *Piber* 2. o.*Franckfort* 1.
Simul $34\frac{1}{2}$.

FRANCOFVRTVM ad Mœnum fluuium, vulgo Franckfort am Mayn/ in extremitate Franciæ Orientalis situm oppidum, nomen Helenopolis ad Francorum aduẽtum in eam obtinuit, à quibus postmodum Francorum siue Francfordia, vel ab instauratore Franco Marcomiri filio, appellata fuit. Ab antiquis temporibus Imperialis ciuitas extitit. Intersecat hanc vrbem Mœnus magnus & nauigabilis fluuius, qui in mõte Pinifero, vulgo Fichtelberg/ scaturiens, per Franconiam delabitur, ac multos recipiens amnes, nobile hoc emporium alluit, & ex Moguntiæ opposito Rheno commiscetur. Hunc Traiectum ac vadum Mœni, Franci olim sub Carolo Magno possidebant, à quo ciuitati Francfordianæ per eam occasionem natæ, datum esse nomẽ plerique existimant: cùm tamen constet hanc vrbem, etiam ante Caroli Magni tempus, iam olim Francofurti nomen obtinuisse. Altera ciuitatis pars, & ea quidem maior atque splendidior, Francofurtum: Altera autem quæ & ipsa muris ac foueis cingitur, Sachsenhausen/ hoc est Saxonum domus, vocatur, vtramve præstantissimo & arcuati operis ponte longa serie constructo, iungitur, eiusdemque amplissimi Senatus gubernaculo regitur. Ciuitas hæc nundinaria, & quasi commune non modo Germaniæ sed totius Europæ emporium est, certis siquidem anni temporibus in Quadragesima nimirum atque Septembri, negociatores huc ad ce-

lebrem

lebrem mercatum ex Superiore & Inferiore Germania, Italia, Gallia, Ostlandia, Polonia, cæterisq; Orbis partibus conueniunt, omnisq; generis merces conferunt, quas partim parata moneta, partim aliarum rerum commutationibus distrahunt atque diuendunt. Pipinus Caroli Magni parens, in hac vrbe sacrum Saluatori templum, & Canonicorum Collegium, (quod tamen hodie ad S. Bartholomæum vocatur) ædificauit. Prædicatorum Fanum præstantissima nobilitatur Tabula, D. Virginem in cœlum emigrantem repræsentante, quam magni illius Alberti Dureri immortalitate dignissima manus, summo artificio delineauit. Carolus quartus Rom. Imp. electionis Romani Regis futurique Imperatoris, per septem Germaniç principes Electores fiendæ, locum in perpetuum constituit, Bullaque aurea confirmauit. Vnde & mos inoleuit, vt cùm in dissensione Electorum, duo pariter in Rom. Regem nominarentur, alter in agro Francofurtensi iusto cum exercitu consideret, alterumque sequimensis spatio cum eo conflicturus expectare consueuerit, qui vel prælio, vel alias cedente aduersario superior extabat, tum demum in vrbem recipiebatur, & pro rege agnoscebatur, ita accidit inter HenricumLandgrauium Thuringiæ, & Conrardum Frederici Secundi filium. Item inter Ludouicum Bauarum & Fridericum Austrium. Similiter inter Guntherum Schwartzenburgensem, & Carolum quartum. Porrò in nundinis Francofurtẽsibus illi, qui in arte gladiatoria excellunt, magistri titulo, si id ambiant, à magistro eiusdem artis, ciuibus tamẽ huius vrbis, ex speciali Romanorum

Imp. & Regum priuilegio, insigniuntur, quod alibi non licet.

Ridlem	½.	*Schwalbach*	½.	o.*Konigstein*	1.
Eussingen	½.	*Louwen*	½.	o.*Limpurg*	½.
Vsque ad syluam ea protenditur ad Hoestenbach					½.
Waller	½.	o.*Aldenkirch*	1.	*Eußingen*	¼.
Pleiß	½.	o.*Sieburg*	¼.		18.
Transi syluam quæ extenditur ad mill.					1.
Essch 1. *Walstorff* ½. *Camber oppidum ad dextram.*					
Gnadenthal	1.		7.	*Hunczangel*	1.
Moltzperg	1.	*Walmerode*	½.	*Pyffenstertz*	¼.
Fruling	¼.		13.	*Weyerbusch*	1.
KirchEyb	1.	*Vckraet*	1.	*Auff die Waet*	1.
Trostorp	1.	*Spich*	½.	*Waen*	½.
Orbich			½.	o.*Cölln*	½.

Simul 21.

COLONIA AGRIPPINA, vulgo Cölln/ potentissima amplissimaque Romani Imperij libera ciuitas ad citeriores Rheni ripas sita, Vbiorum sedes fuit, qui grauiter à pugnaci Sueuorum gente, bellis & obsidione lacessiti, Romanorum implorãtes auxilium, à Iulio Cæsare in amicitiam S.P.Q.R. recepti fuerunt. Augusti verò tempore, nec multarum nationum ac potissimum Sueuorum, illac in Gallias incursiones facientium, iniurijs perpetuò foret obnoxia in vlteriorem ripam Treuirorumque partes, Vbiorum gens transgressa, nouum ibidem oppidum condere, atque in eo, circumque illud habitare cœpit, illos in fidem suam recipiente M. Agrippa, Augusti genero ac auo Agrippinæ Germanici filiæ, quam C. Cæsar in coniugem ad-

adſumpſit, aucto cognomento Auguſtæ, quæ, quo vim ſuam ſocijs quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum veteranos coloniamque deduci à Claudio Cęſare impetrat, cui nomen indictum ex vocabulo ipſius, atque ex eo tempore Coloniæ Agrippinæ ciues, Agrippinen. dici cœperunt. Splẽdore & elegantia ſumma eſt Colonia, validiſſimis & arcuatis cingitur muris, qui opportunas ad defenſionem Turres 83. in circuitu colligunt. Duplici foſſa, vtrinque muro veſtitam, latam atque præcipitem multarum arborum vmbra & proceritate amœnam habet, quæ iucundam obambulationem meditationibuſque & ſtudijs commoditatem, æſtiuo tempore præbet, intus mœnia paſſim amœna conſpiciuntur Inca, quæ Pomi, Vineæ, alięque fructiferę arbores venuſtè conueſtiunt. Præclariſſimis etiam magnificiſque ædibus tam pietati, quàm priuatorum hominum neceſſitati paratis, pulcherrimè nitet. Maximo Fano, re & nomine ſummo, ex lapide viuo, admirabili arte elaborato, D. Petro dicato, ſi artificum extrema eſſet addita manus, nullũ omnino vniuerſæ Germaniæ templum elegantia & magnitudine non ſuperaret, meritoque inter ſtupenda Europæ annumerandum veniret, intus multorum Principum, Epiſcoporum, Ducum, ex Cupro & Alabaſtro Tymbis illuſtratur. De perpolyto & nitido Machabæorum templo: De vndecim milliũ Virginum Baſilica multa referri poſset, reliquarum ædium & monaſteriorum permagnus eſt numerus. Plebanica cenſentur Templa 19. Collegiata 10. Virorum cœnobia 15. Virginum, quarum octo velatas habent 22. Monialium & Vetularum conuen

uentus 59. Sacella 30. Loca autem alia misericordię & pietati consecrata plurima habet Colonia: Xenodochia duo. Nosocomia in quibus rerum necessariarum abundantia, summa pietatis officia egenis præstantur 2. Gerontropia 8. Erophotrophium vnum. Mente priuatorum ergastulum vnum. Prætoriæ ædes, hanc vrbem mirificè ornant, quæ magna cum delectatione spectantium, præcelsam & rari operis turrim ostentant ex quadratis & formatis ad regulam saxis venustè erectam, quæ artificiosissimis statuarum signis circumquaque decoratur; quarum suprema, summo tamen in loca posita, infimorum proportioni, tam aptè respondent, vt omnes eiusdem magnitudinis esse videantur. Speculares in apice habet fenestras, per quas visus in omnes ciuitatis partes panditur. Ex opposito sacellũ est, vbi olim Iudæorum Synagoga fuit Anno salutis 1428. D. Virgini nuncupatum, nunc Hierosolyma dicitur, in qua Tabula tanto artificio facta conspicitur, vt eam excellentes pictores summa voluptate contueantur. Ab ea parte qua Solis exortum Curia spectat, & antiqui fori latus, ambulacrum apertum, ex candido lapide cum artificioso horarum indice, exornat. Forum hoc prętantissimis ædificijs vndique cinctum, frequentissimo populi conuentu hebdomadum, ter nundinis frequentatur. Iuxta est forum fœnarium, multo magnificentius, & ipsum pulcherrimarum ædium ordine, decenter circundatum. Vrbis plateę latæ amplis sunt directæ spacijs, magnisque stratæ lapidibus, & pulcerrimis ædificijs nitent. Est hic optimarum disciplinarum vniuersitas, anno à Christo nato 1388. ab

am-

amplissimo Senatu instituta primarum facultatum artium, alijsque insuper collegijs, ad studiosorum subleuandam inopiam ab optimis viris fundatis ornatissima. Ex quo Louaniensis pari dignitate filia anno 1428. prodijt.

Merrem	½.	*Merringen*	½.	*VVoringen*	1.
Dormagen		½.	*Am Stutgen*		½.
Grimlichusen		½.	o. *Nuyß*		½.

Simul 4.

NOVESIVM vulgo Nuyß/ ciuitas est Vbiorum Rhenana, hæc vrbs à primordio secundus Rheni fluctibus irrigata, sinistrum situ latus illustrauit, donec fortuna minus propitia, alueum Rhenus cursu immutauit, nunc deducta incolarum industria fossa alluitur. Vrbs Nouesium aquarum copia, propugnaculis, fossarum & murorum structura, tam probè munita est, vt grauissimam Caroli Burgũdiæ Ducis obsidionem, annum ferè integrum sustinere potuerit. Ad extremum Friderico Imp. cum maximis copijs accedente, pacificationis media ineuntur: Burgundicus Princeps solutis castris decedit. Imperator, ob res fortiter obsidione gestas, ciuitatem prærogatiuis quibusdam & priuilegijs ditat; nam immunitatem vectigalium, quæ Telonarij ex mercibus præternauigantium mercatorum exigunt, Nouesiensibus donauit: libertatem etiam cudendæ monetæ ciuibus est elargitus, Edixit insuper ciuibus, vt auream Aquilam, nigro clypeo inclusam, in signis militaribus gerant, & quaslibet magistratus literas rubra cera obsignarent.

Karst

Karst 2. *VVilich* 1. *S.Thonis* 1. o.*Kempen*
S.Nicolas 1. o.*VVachtendonck* ½. o.*Venlo* 1
Simul

VENLONVM vulgo Venlo/ oppidum Geldr ad Mosam fluuium munitissimum, mercim nijs pollet. Hic anno 1543. pax facta inter Carolu V.Imp.& Guilielmum Cliuiæ,&c.Ducem.

o.*Helmont* 5. *S.Oyen Ro* 3. *Boxtel*
Ghestel 1. o.*s'Hertzogenbos*
Simul

BVSCVMDVCIS vulgo s'Hertzogenbos/ à sylu atque nemoribus, quæ hoc loci quondam Br bantiæ Duci fuerunt, appellationem obtinet. V est ex quatuor Brabantiæ ciuitatibus; Ludo lite rio, magna ciuium & præstantium ædificiorum f quentia, pugnacique populo, ciuili tamen ac bla do nobilis. Hic mercatura, lanificium, cæterę mechanicæ artes florent: Deiparæ Virgini te plum, in hac vrbe sacrum, opus visendo appara est.

o.*Heusden* 2.

HVESDENVM vulgo Huesden/ oppidum gregium, ædificijs satis copiosum, præter bentem Vachalim prospectat: Castellum habet legans, & magnificum multisque pagis latè imp ritat.

o.*Gorcum* 2.

GORICOMVM vulgo Gorcum/ copiosissimu oppidum & opulentum, nominis haud pos mè tenuibus initijs ad magnarum opum afflue tiam prouectum, nominis enim trahit originem tenuium & egenorum piscatorum, quibus cala
na

faffæ,& algofa retia opes erant, colluuie: qui gurgustia sua ad confluentes Lingæ segnis & cunctabundi amnis, vbi cum Vachali & Mosa confunditur habebant,& ob inopiam,& rei priuatæ egestatem per conuitium Gorekij vernacula voce nominabantur, qui huc immigrare compulsi sunt, à suo Dynasta Ioanne ex Herculanis regulis septimo eius nominis; qui locum præsidiarium antea castris Herculanis vicinum in oppidi faciem mutauit,muris illis circumdedit,arcem cultissimam, munitissimum & elegantis structuræ opus, adiecit, idque ad annum salutis 1230. Mercatum habet quotidie frequentem,quem ingens omnis generis auium rerumque esculentarum affluentia & hubertas exornat, opum luxusque materia. E summa templi Turre,cœlo sudo & sereno prospicere licet; & oculis designare vicena bina oppida muris clausa, præter pagos innumeros & villas; spectaculum luminibus gratissimum. Vicinus est illi ager Herculanus, vbi castra metatum Herculem Alamannicum,non Thebanum illum monstrorum domitorem, à Græcis tantopere decantatum,fabulantur; quem nominis ob egregiam virtutem æmulus creditur; quod viri olim strenui Hercules dici affectarent, vt Reges Ioues,& Neptuni,mari potentes.

Slydrecht 2. o. *Dort* 1.

Simul 3.

DVRDRECTVM vulgo Dort/iusta veraque priscæ appellationis lege scribendum ducitur; quod Grammatistarum vulgus ex vsu Dordracum hactenus scripsit,dicendumque auditoribus inculcauit. Sed isti nimis otiosè dissimulanterque præ-

 ter-

teriuero silentio, vernaculæ vocis natalem, qu
Drecht pro oppido agnita fuit, facies vrbis oblo
ga exit admodum Triremis: ipsa opulenta & cop
sa, imo eorum omnium, quæ in annonæ reique al
mentariæ vsum venire atq; expediri possunt, loc
ples quoddã penu est, fluminibus, vadosæ mari, st
gnisque incredibilem piscium volucrumque fo
turam & copiam subministrantibus. Vix alia vr
toto Hollandiæ tractu, magnificentiora habet,
Agrippinensium fermè æmula ædificia, quæ cœ
propemodum culminibus feriunt: Hypogea & ce
læ vinariæ nunquam Solem nocturnamve Lunæ f
ciem admissura arcuato opere fornicata sun
Templum habet magnificum, Aris signisque pu
chrè exornatum, & artificio arcuati operis, qu
concameratum est, merito suspiciendum, & coll
gio Canonicorum celebre, de cuius fabrica narr
tur, virginem quandam Soterem nomine, tribus r
mulis, eiusdem cum Titij iecinore naturæ, semp
rediuiuis atque immortalibus, quos crumena nu
quam detrimentum passura continebat, operas
mnes impensasque ędificatę ędis sustinuisse: qua
re nata inuidia auidas opificum manus in virgin
necem armasse, ipsaque mox rediuiua, cum percu
soribus suis, expiandæ nefariæ cedis caūsa Roma
petijsse memoratur, ibique peractis votis religio
exoluisse, animam exhalasse, corpusque tumula
dum dedisse dicitur. Vrbs ista ius profert priuil
giatum, Stapulæ nomine dictum, quæ vox Barba
& Latinis auribus auia, purè puteque Gallicæ or
ginis creditur, qua significetur priuilegium ben
ficiariæ vrbi collatum sistendi, & ab instituto cu

ſu retrahendi merces exoticas, quas negociator importat, vt nimirum eo loco ſtabulentur (ſi ad vocis originem alludere licet) ac conquieſcant, quo venum proſtituantur quauis conditione niſi damnoſam venditionem cauſatus, vel meliorem aliunde lucri auram olfaciens inſtitor vectorve malit recurrere vnde venerat, & vbi domicilium habet: quod illi integrum eſt, & liberè facere licet, etiam non perſoluto ſtato prætorio, quod ſi emptæ illic merces alio deuehendæ veniant, haud temerè in alia, quàm popularia nauigia merces recondi patitur ciuitatis ius. Simile exemplum Stapulæ obtinet Atrebatum ciuitas, in vina Francica quæ plauſtris importantur. Middelburgo quoque idem ius in vina Hiſpaniēſia, Luſitanica & Gallicana cóceſſum eſt. At Durdrechtū, non in vnum genus vina nimirū Germanica, quæ ſecūdo Rheno Moſaq́; deportantur, ſed in cerealia etiam quæcunque, ſemina & lignorum carbonumque ſtrues, & ſi quæ ſunt aliæ illius generis merces, vectorijs nauigijs è Gelris Cliuijſque conuehi ſolitę, ius ſuum extendit. Adde quod huic ſoli ob principatum quem inter Hollandicas ciuitates tenet, honorarij loco & prærogatiuæ datum eſt, cudere monetam Principis auream argenteamq́;, quod nuſquam alibi quàm hic licet: deinde vt iſthic Hollandiæ Comitum inauguratio fiat, nec alibi ſolenni ſacramento adigantur in mutuam fidem cum Principes tum ordines, ex quo cùm antiquitas, tum eius in Principes merita æſtimari poſſunt, quorum beneficio in primariam dignitatis atque honoris ſedem prouecta, aſcenderit. Hanc vrbem latè imperitantem atrox & mi-

miſeranda tempeſtas diſiectis aggeribus auulſit à continente, quando ad centum prope millia animæ, miſerrimo mortis genere extinctæ dicuntur, ſubmerſis duobus & ſexaginta pagis, præter villas & arces, ex quo in hunc vſque diem mari, inſula circumluitur, ad modum Venetæ vrbis, niſi quod ſpaciũ contractius hanc à continẽte dirimat, ad maioris Baliſtæ iactum, vna tantum ex parte, à duabus interuallum excedit 10. paſſuum millia quod nauigari ſe non patitur vltro citroque, niſi ex arbitrio æſtus marini affluentis aut remeantis. Incidit autem in annum ab orbe redempto 1421. ea calamitas, cuius etſi ſecura, acerba tamen recordatio, hos numeros anni indices Hadriano Iunio Medico Hornenſi expreſſit,

DVrdrechto IncVbVIt VIs atrox InCLItaVentIs
Vrbs qVa dIßILVIt protinus haVſta MarI.

Eam calamitatem à ruſtico procuratam fama loquitur, qui vicini rebus inuidens, quicum inimicitias gerebat, fundum illius, aggeri maritimo ſubiectum eluuione maris abolere, aut ſaltem corrũpere cogitarat, ignarus ſecuturam mox, poſt admiſſum ſemel mare, aggeris perruptionem: multoque minus terrarum ſubmerſionem, itaque peſſimo cõſilio peſſimum facinus adiunxit, dicitur enim effodiſſe ſcrobem, per quam, ceu colliquias mare exæſtuans, in fundum prędictum corriuaretur immittereturque; cuius impetus, quum nulla humana ope ſiſti iam poſſet, latiſſimam terrarum hominumque ſtragem edidit.

O. *Rot-*

o. Rotterdam 3.

ROTERODAMVM vulgo Roterdam/ quin à Rotæ siue Roteræ(eo nomine riuus est in vliginosis paludosisque campis supra Benthusam natus)emissario nomen obtinuerit Roterodamum, per quod in Rhenum Mosæ nomine mutatum isthic decurrit, minimè omnium ambiguum est. Locus quem nunc insidet olim fuit æstuarium, maris refluentis æstui extra Mosæ aggeres obnoxium, cuius rei documentum certissimum capi potest esse vetusti aggeris vestigijs reliquis, qui interius recessisse ab eo, quem hæc ætas, Mosæ reciprocanti obiectum habet, videtur, simulque è voraginibus, quas superfusas Mosa dissipato perfractoque ille reliquit. Veterem autem illum aggerem ab Honinga arce Assendelffiorum dominio ad Crocivicum castellum, Rotæ amni adsitum fuisse perductum volunt, atque inde pagum Oudersciam attigisse, postremo ad Sciedami mœnia desijsse. Oppidum est copiosum Roterodamum, habetque bene constitutas fortunæ suæ opes, quas pannificio non ignobili auget, sed potissima ex parte mari quærit, Alecariæ captura, ad quam paratos habet frequêtes stato anni tempore piscatorios Lembos prægrandes, vtrûque & contra hostilem, & maris vim tutos, holcadibus, onerarijsq; prope pares, Busas nominant. Nauale habet, & portum tranquillum, & tutum, plurimarum nauium capacem, in interiore Mosæ sinu Salmorum captura famoso, quem crepidine lapidea de saxo durissimo coloris cærulei ingentibus impensis communiuit, Lumen & decus immortale vrbi addidit Desiderius Erasmus, hanc patriam &

genitalem sedem, grata recordatione vbique inscri
ptis agnoscens, qui inter præcipua sæculi nostri or
namēta merito habitus, quasi signum quoddam ex
arce Palladia literatis ad imitandum extulit: cuius
natales Lares sacri ædi propinquos quoties ab ex
teris studiosè reuerenterque adiri ciuitas (quæ pa
ri religione illos colere debet, qua Romuli casam
Quirites) contemplatur, totius caput altius efferre
iusta gloria potest. Annis ab hinc aliquot, vrbem ę
dificijs non incultam incendium, victoris negligē
tia in turbida ac vehementi procella coortum, mi
serabiliter deformauit, haustis repētino ignis tur
bine non gentis amplius domibus, multis ad hæc
correptis nauibus, cum nōnullorum interitu quo
ignis afflarat audentius in ferenda ope se ingerer
tēs, sed magnificentia ista ædium, priore longè su
perior, facilè declarat, damnum quod incendio d
tur esse reparabile, quippe quæ ex lateritia, prop
marmoream se ferre nunc qùeat, si ad Augusti glo
riationem lubeat alludere.

SCIEDAM vulgo Schiedam/ nomenclationem
subodorari quiuis non difficile potest, qui D.
mi significationem, in superioribus expressam me
moria cōplectatur, nimirum ab emissario Sciæ flu
minis, quod cum Gouda riuo territoriū vrbis Sci
landiam vocitatum circumscribit; ita vt appellati
onem insulæ declinare non temere possit, quand
etiam vulgata indigenarum fama constanter loq
tur Riuerium castellum Sciedamo vicinitate fe
mè contiguum, à Comitibus Honerarij muner
vice Matenesijs donatum, in Molæ insula situm f
isse, quod ipsum corroborat confirmatque priu
logiu

legium Hollandiæ Principum, quod Sciedamenses Riui incolas nuncupat. Oppidani plerique arti piscatoriæ texendisque verriculis ac retibus in Alecarium negotium sunt operati. Oppidulo vicina sunt castellum Spierinchoucum, & Arx Spania nō ignobilis, quæ intestino hoc furiosoque bello deflagrauit.

o. *Vlaerdingen* ♄.

VLAERDINGA vulgo Vlaerdingen/ inter oppida muris cincta multorum iudicio antiquitatis prærogatiuam fert, nunc illis viduata, absorptis simul cum arce mœnibus voragine Mosæ, qui latè ripas & littora adedit, succedaneam operam addente mari: ipsa verò nomine & genuino dicenda Verdinga à pensitando illic æstimandoque vectigali, quod Telonium illic esset, etiamnum reliquum VVassenariæ domui. Fabulæ quam historicæ fidei magis affine est, quod Hollandicarum rerum scriptores, rudi sæculo approbare conati sunt, de expulsis Britannia gigantibus indigenis per Brutum Alcanij pronepotem, qui classe in maritimam Hollandiæ oram appulsi, in agro Vlaerdingo arcem Sclauoburgum condiderint, quibus in omnes insulanis, qui occidentalem plagam recolerent, Sclauorum nomen transierit, ad illorum discrimen, qui ad Austrum Hollandiam obtinerent, quos VVıltos quasi syluestres dixêre, quod Hirtis corporibus Satyros mentirentur. Quod fabulamentum quidam putant quando Regini Prumiensis & Einhartus Sclauos cum VVıltis Velatabis eosdem faciat, quos vires suas coniunxisse Gotefrido Danorum Regi contra

Abotritos quibus cum veteres inimicitias gerebant.

o. *Gravesande* 2.

GRAVESANDA vulgo Gravesande/quæ etymo designat Comitis arenam, oppidum fuit superioribus sęculis copiosum, mœnibusque circumdatum, portuque ad Mosam nobile, nunc ab eo dissidat ad tria ferme passuum millia, agro intermedio, quem alluuioni Mosæ acceptum ferre debet, auctum, Turrim habet æditissimam, quæ olim Phari vicem nauigijs vsumque præbuit, ad prænuncianda vada portusque introitum, quo munere adhuc fungitur propter miram altitudinem. Palatium habuit olim Comitis & curiam, translata iam tum à Gulielmo Rom. Cæsare, cuius fundamentis ante aliquot annos refossis, reperta fuêre priscæ artis Samia vascula, extantque in hunc vsque diem, Palatij vestigium testantia nomina, via regia Hoffstaet dicta velut aulę principis via & ager Hofflant nuncupatus, ab aulæ nomine: quin & Curionis loci domus, culina palatij fuisse perhibetur. Nobilitatur caseo primæ notæ, qui acri sapore linguam morsicat, & ingeniosam sitim acuit. Ager tritici & quidem optimi candidissimique feracissimus est, vt & Poel-ditanus qui finitimus est.

ITER AVGVSTA VINDEL. DELPHIVM & HAGAM COMITIS.

Goricomium vsque numerantur in præcedenti itinere 84½.

Schiebroeck 1. o. *Delfft* 1.

Simul 86½.

DEL-

DELPHVM vulgo Delfft / opus esse Gotefridi Lotharingi cui dorsi Nemesis nobile, Gibberosi cognomen impressit, extra controuersiam est, qui non absque manifestæ tyrannidis repræsentatione Hollandia totum ferme quadriennium possessa, nauali demum prælio, à Thenderico legittimo Principe superatus, imperium iniusto titulo occupatum amisit. Is verò vt erat strenuus bellator, & consilij maturus perspecta loci natura, quam stabiliendis rebus suis peraccōmodam cernebat, iaciendis eo loco vrbis fundamētis animum adiecit, & metatis finibus condidit ante hos annos fermè quingentos, eadem post sustentatam fortiter obsidionem, Alberti Bauari immiti imperio mœnia cū turribus demoliri iussa fuit, quæ postmodum recidiua surrexisse comperimus. Hæc eadem ceu quoddam fortunæ excelsis inimicæ ludibrio iactata anno 1536. luctuoso, sed fortuito, incendio (quod igniti cineres violento procellæ turbine rapti excitarant) miserè deformata fuit, periclitata etiam in fauillas tota cadere atque consumi. Verum ea suis è cineribus veluti Phœnix, cui bustum suum vita est, speciosior longè nitidiorque extitit, siquidem vrbis facies, quam ante splendidior multò est, ædium propè regalium magnificentia cum paucis comparanda, quarum intestina materia & penetralia toto nitore fulgent, sic affabrè expolita sunt, vt nihil adijci ad laudem posse videatur. Delphorum ædes vetustior, quæ & primaria est, ad ostentationis Arcem nunc aspirat, opere sculptili, præcipuæ artis ara marmorea, cui non immeritò inscribi Zeuxidis illud posse existimatur, inuisurum aliquem

quam facilius quam imitaturum. Lanificij & panni lanei textrinæ prima gloria penes hanc vrbem aliquando ſtetit, ſuperato Flandrico opere: Vnde ex præcipua bonitate & artis præſtantia pannus ibi factus Delffs Punct velut eminētiſſimus nuncupabatur, Delphi, non illi Apollineo oraculo, ſed Cerealis potus prima poſt Britannicum *Zythum* laude inclyti, & quidem tanto magis inclyti, quanto illi propter rei friuolæ mendacis & vanæ exiſtimationem, celebritate hominum magna floruerunt, at hi ex vſu & commodo ad corporis alimoniam vitæq; miniſteria neceſſariò eam ſua induſtria gloriam quæſiuerunt, vt vix aliud poculum, quàm quod Delphorum cortinis concoctum fuerit, paſſim expetatur, adeo vt vix alio exotico Zytho bona Flandriæ pars vſa fuerit, & cum Zelandia potior Hollandiæ tractus, quæ res ingens operæ pretium ciuitati & negociationi momentum adfert, tot paſſim Tabernariorum & cauponum millibus ordini honeſtiſſimo coctorum ceruiſiariorum (qui Reipubl. illius neruus eſt & columen, & trientem fermè ciuitatis conſtituit) obnoxijs, & tantum non addictis nexiſque. Vrbi nomen dedit perpetuus foſſę alueus immenſa opera ac labore, ne dicam nunc impenſa, ceu ad perpendiculum & lineam rectam ductus, qui viam nauibus aperit ad portū à matre vocabulo Delffshaven/ nuncupatum, vbi emiſſario in vaſtum Moſæ ſinum, ſe exonerat. Huic vrbi non natalem ſuum ſed threpteria nutriaque debuit Hereſiarcharum facilè coryphæus Dauid Georgius, humili atque abiecta ſtirpe editus vitriario patre, homo vt ingenio excellenti & ſubacto ita rurſus ma-

lè

lè conciliato, cuius in labris (vt olim Periclis) flexamina illa Suadela ſeſſitauiſſe credita fuit, vſque adeo mentes hominum velut excantatas & abſurdis opinionibus imbutas, quo illi cunque placuiſſet circumduxiſſe notum eſt, ita vt natura nimium prodiga cumulatiſſimè ſuas dotes in illud monſtrũ effudiſſe cenſeri queat, vna atque eadem & venenorum, & ſalubrium medicaminũm genitrix.

s'Grauenhage 1.

HAGAM COMITIS vulgo s'Grauenhage, inter Hollandiæ municipia, ſuis ſingularibus dotata per Principes priuilegijs, quorum quædam à muratis vrbibus minimum diſſident, cùm ſplendore, tum cultu principem facile locum tenet & tuetur. Hunc locum delitijs ſuis & ocio deſtinarunt olim Principes & ſancturi conſilio, nunc litibus trahendis ſoluendiſq; dedicatus eſt locus, qui opibus, ædificiorũ ſplendore (quorũ magnificentior vix quidquã adſtrui poſſit, niſi inexpugnabilis iſta fatorum vis quæ procellam ab Hiſpania in has oras infudit, pleriſq; omnibus labẽ intuliſſet) cultu, magnitudine, hortorũ amœnitate, nobilitatis frequentia nulli cedit vrbium, vbi plura quàm bis mille ædificia numeres. Palatium habet regium foſſis in modum arcis circumdatum, cui piſcina perampla ad Septẽtrionem obiecta eſt à Gulielmo Ro. Cæſ. Hollãdiæ Principe exſtructum, in quo admirabilis fabrica Atrij extat, quod latiſſimũ ſpatio & ampliſſimũ, nõ trabibus colligatur ſed ſolis Lacunaribus elegãtis operis intercipitur, quorũ materiã Hibernia ſubminiſtraſſe dicitur. Ea eſt ſedes Principis aut Legati Præfective Hollãdiæ, eadẽ eſt ſacrariũ quoddã iuris

& le-

& legum, vbi Senatus maior, quam ille deorum Consentium, causas ventilat, excutit, iudicat; maior dicitur, quod illum bissenus numerus implebat, hic bis septenario constituitur, præter caput suum, quem Præsidem vocant. Istud Senatorum collegium, olim sedere apud Grauesandam solitum, huc transtulit Guilielmus iam Cæsarei tituli accessione auctus. Haga amplissimos præterea dignitatis gradus apud se fouet, Tribunum ærarium, qui censum omnem Principis nomine annuum & precarium æs, ex Hollandia, Frisia, Tencteris, Transisalanis, Traiectinis & Zelandia per dispositos quæstores ærarios accipit, quem generalem Receptatorem à munio appellant. Habet præterea duos, qui à rationibus sunt, qui accepti expensique rationes cogunt. AEdificijs contiguum est amœnum nemus (quem lucum Furori & Sæuitiæ dicatum fuisse consecratumque olim creditur vulgo) non feris formidabile, sed aucipijs destinatum, capreleorum pastione (quorum maculosæ interlucent pelles) frequens, annosis quercubus & fagis Alnisque vmbrosum, supra mille quingentos passus longum, minore latitudine, digna certè Musis sedes, in quam relaxandis à litium molestia animis causarum vindices & Senatores sæpenumerò solent prodeambulatum concedere.

ITER AVGVSTA VINDEL. NEOPORTVM, SCHOONHOVIAM, GOVDAM, & LVGDVNVM.

Goricomium vsque numerantur mill. 84½.

Dyck 1. *Goudriam* ½. o.*Nieuporten* ½.
Simul 86½.

NEOPORTVM vulgo Nieuporten/ è regione Schoōhouię ad alteram Leccę amnis ripam, perhibetur fuiſſe ſatis copioſum & opulentum oppidū, ſed vt caduca & fluxa mortaliūm rerum conditio, atque interitui obnoxia, ita & oppida olim florentiſſima peſſum ire videmus, multa etiam in cadauera conuerti: eſtque nunc municipium mediocris conditionis.

o.*Schoonhoviam* ¼.

SCHOONHOVIAE vulgo Schoonhoven/ oppido hortorum amœnitas & accuratus cultus dediſſe nomen putatur: quod aliud non ſonat, quàm hortorum delitias, id quod aliqui ad Pometa transferendum putant, quæ eo in tractu belliſſima ſunt, & fœlicia generoſorumque pomorum natalibus Alcinoi pomaria prouocant. Oppidum in leua Leccæ ripa ſedet, felice Salmorum captura nobilitatum, crediturque è Neoporti oppidi, quod oppoſita in ripa ſtetit ruinis creuiſſe. Perlabitur oppidū copioſum & diues, canalis ſiue Elix ex Iſela deriuatus, itaque magna illi ſubuectionis commoditas ex amnibus, altero præterfluente, altero medium perlabente: Iſtud natale ſolum fuit Chriſtophoro Lōgolio inter Ciceronianos primum facilè locum tuenti, adſtruere alicui in Epiſtola ad Damianum Luſitan. ſcripta videtur Eraſmus, his verbis in Longolio ferè euenit, quod olim in Homero. Hinc Gallia ſibi vēdicat, hinc Mechlinia ſibi aſſerit, quū reuera purus putus fuerit Hollandus prognatus à patre Hollando, in oppido celebri Hollandiæ, cui Hortorum

torum pulchritudo nomen dedit, Schoonhoviæ.

Haestrecht 1. *Goude* ½.
Simul 1½.

GOVDA vulgo Goude/ à cimbrica voce Gow/ quę & aggere fossæ siue aquagio obductũ, & ipsum quoque Aquæductum alueum denotat, originẽ trahit. Situs eius est ad Iselã, qui ab Isala, in quẽ Rhenus diuertigio Drusiano confluit alius est, planeque diuersus, imo potius Elix quidam ac diuerticulum fluminis è fossa perpetua, per Traiectenses, Vianam versus deducta, corriuatum, quod primo Iselsteinum adit, inde Montfortium petit, mox Oudewateram perlabitur tenui & vadoso alueo, deinde Goudam præterfluit magno aquarum auctu copiosius, demum iusto amni pari è regione Iselmundæ pagi (quod Iselæ os, hoc est, ostium sonat) in Merouwam decurrit, vbi exæstuantis maris accessu augescit, ac sæuientis pelagi in morem fluctibus surgens nauigia iactat, & quidem atrociter, prẹsertim vbi alio ventus, alio vnde præcipitant. Vrbs est copiosa, & rebus omnibus affluens, ob fluuij portusque opportunitatem, quæ Pylori vicem, in corpore humano obtinet, quando intermedia intercipit quidquid Hollandia, Brabantia, Zelandiaque mutuis necessitatibus submittit. Fundamenta eius iaci cœpisse ad annum à salutifero parte 1262. Annalium fides tradit. Arcem in ea, vt & Schoonhoviæ exstruxit Ioannes Bulosius Comes permissu genitoris sui Ioannis Hollandiæ Principis, institutis vtrobique Telonijs portoria & vectigalia exacturos laude, si dijs placet, cum Aristide com-

communi dignandus: quem primum omnium Græcis, qui ad id temporis, ab oneribus eiusmodi liberi fuerant & immunes, vectigalia imposuisse commemorat in Arcadicis, Pausanias. Eá arx admirabili fabrica constructa, vt tutissimum aduersus pericula perfugium, destinata est per Hollandiæ Proceres atq; Ordines, tanquam Gazophylacium & Conditorium asseruandis diplomatibus priuilegijsque Principum Hollandiæ indultis, nulla vsquã vrbium, vel feliciora vel frequentiora producit aliteque plantaria, non vicinis modo Belgis, sed lõgè dissitis quoque regionibus expetita, quibus & quicquid vacui Soli intra murorum ambitum est, occupatum visitur, sed & ager omnis suburbanus, qui extra pomerij coronam iacet, abundat, tametsi depressus sit aquosiusque solum omne. Templum haud scitur an alibi spatiosius atque amplius, quod Anno 1551. pridie idus Ian. cœlesti conflagrauit prodigio haud dubiè diuinitus facto inter arundineo tegulo constrata vndecunque tecta, que templum ambiunt; sed intacta tamẽ à fulminis afflatu, quod ipsum magnificis operis atque impensis reparatum indies, superiorum temporum splendorem & amplitudinem, obscurat longissimeque superat. Forum habet augustissimum, ouali propemodum forma, cuius è medio ceu centro, existit Prætorium, iuri dicendo, habendo Senatui, obeundis vrbis munijs destinatum ædificium, cuius pars ima dicata macello, columnis suffulta, atque opere fornicato concamerata, singularem architecti vrbani industriam demonstrat. Illud inprimis silentio præteriri nequit, quod nullum tota vrbe

exstet

exſtet domicilium, quod non præterlabatur aquæ alueus, ita collyriis riuorum vndecunque diuiſa eſt: æmula propemodum in hoc Venetæ vrbis eiuſque exemplum futura, ſi perinde vt illa aperto æquori opportuna eſſet atque pateret.

Haſaertsvvoude 2. *Sueten* ½. o.*Leyden* ½. Simul 3.

LVGDVNVM vulgo Leyden/ciuitas nulli facilè vrbium Hollandiæ nitore ceſſura. Lugdunum quaſi Luycdunum appellatum videtur, quod ex arenarijs tumulis ſeu collibus emicaret, proculque ſe oſtenderet claſſi è Britannia per Rheni oſtium, vtrinque talibus colliculis longo tractu clauſum ſubeunti: ſiue quod finis & quodammodo clauſtrum eſſet collium illorum à Luyck, quo clauſtrum ſignificatur. Hac ratione à Luycduyn primo Leygdun, inde Leydun mox Leyden, poſtremo etiam Leyen in hominum ore conſueuiſſe arbitratur, neque abſurda ratione ab humilitate collium duci poſſe videtur quaſi Lege Dynen quod Ptolomæi ſcripturæ aſſonat. Porrò ex fluminis & maritima opportunitate portuſque vicinia, ingens commerciorum vſus, & negociationis momentum ciuitati huic accreuiſſe veriſimile eſt, nondum obſtructo fluminis ore per arenariorum collium iniuriam. Vrbi adiacet Romæburgum, in hunc vſque diem appellatum à Romanorum præſidio, vt prima fronte nomen præfert; Locus olim Martijs viris, nunc virginum Veſtalium cætui dicatus, varijs antiquitatis monumentis clarus, quæ magno numero eruta ante ſexagenos amplius annos refoſſis fundamentis fuerant, in quibus 2. Leonum ex ære conflato ſigna,

cum

cum Deę Pallados hominibus illis ignoratæ simulacro, & numisinata argentea æneaque Antonini Neronis aliorumq; complura, quę sibi donata abstulit Maximilianus Cęsar anno 1568. vna cum ossibus giganteæ staturæ hominis, cuius sola tibia æquabat mediocris viri crus cum femore ad vsque inguina, cuius Lorica humeris circumposita ac ærugine adæsa; diu se asseruasse testata est cœnobij Antistita, quæ locum infamem illusionibus dæmonum, atque inde in religionem stolidæ turbæ conuersum demonstrabat, in quo thesaurum hactenus intactum occultari, & à nigra illa dæmonum gente asseruari, cum præsenti fossorum noxa persuasio vulgi mentes imbuit. Cæterum eam arcem imperium vulgus Rodenburgum nominauit, aliquando ab imbricibus tegulisque rubeis quibus contecta fuerat. Lugduni media ferè vrbe, in accliui vndecumque tumulo, æditiore loco Pyrgus extat, BurgumPatria lingua vocat, circinato mœnium ambitu, fornicibus arcuatis, quem ab Eugisto, circiter quadringentesimum à Christi natali annum exstructum, quum heros ille consilio manuque potens, è Britannis victor domum redijsset. Porrò Lugdunum magnificis nobilium ædificijs pulchrè exornata est, habet terna Parochialia templa, in quorũ vno, cui custodem dicarunt D. Pancratium, Canonicorum collegium est: in altero quod D. Petro sacrum, ostenditur panis in saxum induratus, qui capsulæ ferreis cancellis præmunitæ inclusus, ad testandam posteris prodigij memoriam, asseruatur. Id ita habet: Anno supra 316. in summa annonæ difficultate, sororem opulentam, altera egentissima

exstet domicilium, quod non præterlabatur aquæ alueus, ita collyriis riuorum vndecunque diuisa est: æmula propemodum in hoc Venetæ vrbis eiusque exemplum futura, si perinde vt illa aperto æquori opportuna esset atque pateret.

Hasaertsvvoude 2. *Sueten* ½. o.*Leyden* ½. Simul 3.

LVGDVNVM vulgo Leyden/ciuitas nulli facilè vrbium Hollandiæ nitore cessura. Lugdunum quasi Luycdunum appellatum videtur, quod ex arenarijs tumulis seu collibus emicaret, proculque se ostenderet classi è Britannia per Rheni ostium, vtrinque talibus colliculis longo tractu clausum subeunti: sine quod finis & quodammodo claustrum esset collium illorum à Luyck, quo claustrum significatur. Hac ratione à Luycduyn primo Leygdun, inde Leydun mox Leyden, postremo etiam Leyen in hominum ore consueuisse arbitratur, neque absurda ratione ab humilitate collium duci posse videtur quasi Lege Dynen quod Ptolomæi scripturæ assonat. Porrò ex fluminis & maritima opportunitate portusque vicinia, ingens commerciorum vsus, & negociationis momentum ciuitati huic accreuisse verisimile est, nondum obstructo fluminis ore per arenariorum collium iniuriam. Vrbi adiacet Romæburgum, in hunc vsque diem appellatum à Romanorum præsidio, vt prima fronte nomen præfert: Locus olim Martijs viris, nunc virginum Vestalium cætui dicatus, varijs antiquitatis monumentis clarus, quæ magno numero eruta ante sexagenos amplius annos refossis fundamentis fuerant, in quibus 2. Leonum ex ære conflato signa, cum

cum Deę Pallados hominibus illis ignoratæ ſimulacro, & numiſmata argentea æneaque Antonini Neronis aliorumq; complura, quę ſibi donata abſtulit Maximilianus Cęſar anno 1568. vna cum oſſibus giganteæ ſtaturæ hominis, cuius ſola tibia æquabat mediocris viri crus cum femore ad vſque inguina, cuius Lorica humeris circumpoſita ac ærugine adæſa, diu ſe aſſeruaſſe teſtata eſt cœnobij Antiſtita, quæ locum infamem illuſionibus dæmonum, atque inde in religionem ſtolidæ turbæ conuerſum demonſtrabat, in quo theſaurum hactenus intactum occultari, & à nigra illa dæmonum gente aſſeruari, cum præſenti foſſorum noxa perſuaſio vulgi mentes imbuit. Cæterum eam arcem imperium vulgus Rodenburgum nominauit, aliquando ab imbricibus tegulisque rubeis quibus contecta fuerat. Lugduni media ferè vrbe, in accliui vndecumque tumulo, æditiore loco Pyrgus extat, BurgumPatria lingua vocat, circinato mœnium ambitu, fornicibus arcuatis, quem ab Eugiſto, circiter quadringenteſimum à Chriſti natali annum exſtructum, quum heros ille conſilio manuque potens, è Britannis victor domum rediſſet. Porrò Lugdunum magnificis nobilium ædificijs pulchrè exornata eſt, habet terna Parochialia templa, in quorũ vno, cui cuſtodem dicarunt D. Pancratium, Canonicorum collegium eſt: in altero quod D. Petro ſacrum, oſtenditur panis in ſaxum induratus, qui capſulæ ferreis cancellis præmunitæ incluſus, ad teſtandam poſteris prodigij memoriam, aſſeruatur. Id ita habet: Anno ſupra 316. in ſumma annonæ difficultate, ſororem opulentam, altera egentiſſima

in sobole numerosa, flagitauit panis subsidiũ ne fame interirent liberi, illa inficiatur se habere; sanctéque deierans Deum obtestatur, vt si quid panis domi habeat, id omne lapidescat: quid multa, preces secuta dicitur certa ostenti fides, miraculo confirmata. Habet eadem & plateas à cœni illuuie puriores, quàm sint alibi priuatorum ædes: medium Rhenus interluit: ager suburbanus Brassicas capitatas mole & specie insignes aliaque omnis generis olera eximia, lætissimo prouentu educat. Hanc natalem terram habuit Ioannes opificio sarcinator, genere plebeius, veterator, ingenio ad omnia versatili, retinctorum (quos Catabaptistas nominant) sectæ caput, qui per integumenta dissimulationes artesque tacitas, cum insignis facundiæ armis coniunctas, ad fortunæ principalis, regijque dominatus imaginem prouectus, iamq; mortale fastigiũ supergressũ se ferẽs, Monasterij (quæ inter Bructeres VVestphalosve copiosa & munita est ciuitas, Episcopalis sedes, rex nominari voluit, sed quũ libidinẽ à Nemesi facinorũ impiorum vindice, annuo tẽpori præscriptam, expleuisset, dementis animi iustum supplicium, digna pro merito morte exsoluit. Sustinuit hæc vrbs Anno 1574. à natali Christi, grauem & calamitosam obsidionem ab Hispano exercitu, consumptis fame pestilentiaq; septenis oppidanorum millibus, cuius liberatæ ius omne, diuinæ potentiæ transcribi merito debet, ciuitate ex hostium faucibus mirabilem in modum erepta ac conseruata, ad stagnantium aquarum (quæ Lunaris æstus motu concitantur & crescunt) incrementum, accedente Panici timoris occulto impetu; quo

quo fortissimus quisque ex hostibus perculsus, & animos & vitam pariter amisit, præcipitem in fugam compulsus desertis castellis omnibus.

Iter Avgvsta Vindel. Gelriam, Neomagvm, Rhenen, VVyckan, Traiectvm, Amstelrodamvm.

Nouesium vsque in itinere præcedenti numerantur mill. 6½.
o.*Creuelt* 3½. *Aldekirch* 3. o.*Gelre* 2.
Simul 69.

GELRIA vulgo Gelre/vrbs ipsa est, abs qua tota regio nomen accepit; idque hac occasione. Sunt qui constanti narratione perhibent, tempore Caroli Calui Imper. circa locum illum, in quo est Gelria oppidum, horrendam quandam ac venenosam beluam, ijsque locis ante id tempus nunquam visam cognitamque sub arbore Esculo delituisse; magnitudinis immensæ sæuitiæque incomparabilis: Hęc agros camposque deuastans, nec pecoribus, nec iumentis parcens, ipsis etiam hominibus, à quibus non abstinuit, vsque adeo formidabilis ob inexplebilem veracitatem, ac atrocitatem euasit, vt finibus suis cedere complures, seque solitudinibus abdere coegerit. Duo verò cuiusdam à Ponte filij, partim vt sibi ipsis, partim etiam, vt publico vicinorum commodo prodessent, miris technis, audaciaque incredibili beluam aggressi, post dubiam variumque certamen ac luctam tandem superiores belua euasere, eaque interfecta, haud ita procul, à

Mosa fluuio, ad Nersæ amnis ripam, in memoriam rei arcem exstruxere, cui Gelre nomen fecere, voce ex continuo & miserabili, ac identidem repetito mugitu eius beluæ, quem dum cederetur edebat, mutuata. Anno salutis 1339. fundauit Reinaldus Gelriæ Dux in hoc oppido Carmelitarum societati collegium.

o. *Goch* 4. *Groesbeke* 1. o. *Nimmegen* 2. Simul 7.

NOVIOMAGVS vulgo Nimmegen/ ex quatuor Geldriæ ciuitatibus Ruremunda nimirum, Arnhemia & Zutphania, nominis vetustate populi frequentia & opum magnitudine primas tenet. Alij Nouiomagum, alij Nouiomagum, alij Nouimagum, alij Neomagus dicunt. Vrbs partim cliuo, partim plano in loco sita. Perantiqua est, ad eam Rheni partem collocata quæ Vahalis vulgo vocatur, quod flumen inibi & latissimum & altissimum. AEdificiorum structura nobilis profectò est, & firma, populosa & diues. Habet Neomagus Vicecomitatus titulum estque vrbs & feudum imperij. Monetæ cudendæ ius habet, vt cæteræ Imperij vrbes liberæ. Hæc vrbs Geldriæ Ducatui anno 1248. hac ratione accessit Otto secundus Comes Geldriæ, Guilielmo Rom. Regi 21. millia infecti pondo argenti mutuo dederat ea lege & conditione, vt, nisi certa die commodatam pecuniæ summam persolueret, Geldrensis in Nouiomagi possessionem, vt suam propriam veniret, quæ conuenta, pluribus etiam conditionibus additis, postea à Rudolpho itidem Rom. Rege confirmata sunt.

o. *Rhe-*

o.*Rhenen*	2.	*Amerongen*	½.	*Loensen*	½.
Dorn			1.	o.*Vtrecht*	2.

Simul 6.

TRAIECTVM INFERIVS vernaculo idiomate Utricht/firmiſſimo murorum ambitu, propugnaculis, multiſque ad hoſtium furorem arcendũ peridoneis turribus vrbs inclyta & memorabilis. Agrum multarum rerum vbertate prȩſtantem, Hollandico Solo paulo altiorem ſitu obtinet, quo accidit vt exiguo ſpatio, permulta oppida, bene & eleganter culta muro cincta, & haud contemnenda magnitudine vicina habet, ad quæ omnia breuiſſimo tempore Traiecto perueniri poteſt. Aſſeritur Traiectenſem hanc vrbem, quondam Antoninam fuiſſe appellatam, vel ab Antonio Senatore Romano, qui immanem Neronis Tyrannidem Roma fugiens, hanc vrbem ædificaſſe putatur: vel à M. Antonio Iurij Cæſaris legato, belli Gallici tempore, initium ac nomen accepiſſe perhibetur, vel deniq; à M. Antonio Pio Auguſto. Quicunq; tandem horum præcipuus Traiecti fundator extiterit, originis antiquiſſimæ vrbem eſſe conſtat, quippe cuius Antoninus in itinerario mentionem faciat, & plurima Romanorum numiſmata, aliaque antiquitatis monumenta, certa vetuſtatis indicia, frequenter hoc loci inueniuntur. Nunc Traiecti nomen, à traijciendo vulgo obtinet, ob frequentem nimirum, (vt plerique exiſtimant) per hanc vrbem trãſitum, vel quia hic veteris Rheni traiectus fuit. Eſt autem diues & populoſa ciuitas, & priuatarum ædium nitore & magnificis Canonicorum collegijs præſtãs,

quorum præcipuum est sancto Martino sacrum, Fanum ornatum & sumptuosum.

Zulen	$1\frac{1}{2}$.	*Marsen*	$\frac{1}{2}$.	*Brakelen*	$\frac{1}{2}$.
Loeversloet		*Bamburg*	*1.*	*Abcoudo*	$\frac{1}{2}$.
Oudekerke	1.	*Brillenburg*		o.*Amsteldam*	1.
				Simul	*6.*

Aliud iter AVGVSTA VINDEL. AMSTELODAMVM, per DVYSBVRGVM, VVESALIAM, EMBRICAM, ARNHEMVM, AMERFORTIVM, NARDENAM, MVDAM, VVESOPVM, AMELODAMVM, indeque HARLEMVM.

Coloniam vsque numerantur in itinere præcedenti mill. $55\frac{1}{2}$.
Merrem $\frac{1}{2}$. *Langen* $1\frac{1}{2}$. *Hic transmitte Rhenum.*
Hittorp vltra Rhenum Monheim $\frac{1}{2}$. *Ordenbach* $\frac{1}{2}$.
Schalcksmulen *1.* o. *Dusseldorp* 1.
Creutzberg 1. *Hoeckinge* *1.* o.*Duysburg* *1.*
Simul $63\frac{1}{2}$.

DVYSBVRGVM seu TEVTOBVRGVM vulgo Duyßburg/ vetus Francorum Regia, celebre Germaniæ veteris oppidum, Cliuorum nunc Principi paret, id clarum olim fuisse, cùm maxima ædificia tùm Historiarum monumenta declarant, Præcipuam Saluatori dicatam Ecclesiam Parochialem structura non ignobilem ostentat, quæ per Teutonici ordinis Dominos administratur. Quàm clarum & celebre hoc oppidum fuerit confirmat Synodus illa Episcoporum Duysburgi sub Henrico primo Romanor. Rege coacta, ob executionem

rem Bennonis Metenſium Epiſcopi, in qua eius rei auctores ſunt excommunicati, vt apud Reginonem in Chronicis videre eſt. Anno Domini 1427. Adhæc celebris ille conuentus ab Othone Magno Duyſsburgi, ferijs Rogationum indictus, etiam principibus viris locum commendatum fuiſſe declarat, in quo grauiſſima quædam negotia, cum principibus Lotharienſium atque Francorum tractata fuerunt. Sylua huic oppido vicina, quàm Tacitus Saltum Teutoburgenſem vocat. Duyſsburgum cingit, pluſquam medium, quibuſdam in locis vix 14. aut 15. Baliſtæ iactibus diſtans, vaſtiſſima ea eſt & ampliſſima, in qua innumerabilis porcorum multitudo glandium prouentu alitur. Feræ in ea variæ vt Apri, Meles, Vulpes, Lepores, Cuniculi, Cerui, Feles, equi quoque ſylueſtres, qui ſæpe totis armentis extra ſyluam vagantes paſcere, nec facilè fugere conſpiciuntur, riuuli in ea ſylua multi & limpidiſſimi, montes excelſi, arboribus præaltis circumquaque veſtiti. Naſcuntur vulgo tam in ſylua, quàm in circumiectis campis, Maiorana, Thymus, Bugloſſa, aliæque herbæ hortenſes, & quæ chyrurgis vſu veniunt. Altera ſyluæ pars Rheno flumine Germaniæ notiſſimo, altera Rura terminatur, quæ ad oppidulum Roer Ort/ quaſi dicas finis Ruræ miſcetur Rheno. Tantam hæc duo flumina aliјque minores amnes, riuuli & piſcinæ vim piſcium proferunt, vt ciuibus tenuiores fortunę, magnā victus partem ſuppeditent. Ager ferax eſt, & nitidus, paſcua læta: palumbarum aliarumq; auium ingens aucupium, maximè perdicum: Annates hic innumerabiles, omnium deniquerum, quæ ad

vitam pertinent, larga hic copia. Olim mercatus erat frequentior: tum enim Rhenus atq; Rura propius Duysburgum præterfluentes, commodiorem mercatoribus aditum præbebant. Si quis lineam ducet ab Asciburgio, cuius Cornelius Tacitus, vt celeberrimi oppidi meminit, nunc verò pagus in Comitatu Morsensi, habebit veterem Rheni cursum, quod non ex Taciti modo historia patet, (qui Rhenum ait Asciburgio Teuteburgum versus labi, sed etiam hodie adhuc conspicitur, manifesteque apparet; Nam quod istinc Duysburgum perrexerit, atque vrbem attigerit, euidentius est, quàm vt de eo dubitari possit. Neque verisimile est conditores huius oppidi, tam imperitos fuisse, vt cùm nihil obstaret, quin iuxta confluentem ædificare possent, eam tantam commoditatem volentes neglexerint: imo & Annuli ferrei, muris passim infixi, quibus primesio Scaphas & naues affixerunt, id planè indicant.

Transmitte Ruram &c.		*RuerOrt*		¼.
VValsom	¾.	*Im Ham*	1. o.*VVesel*	1.

Simul 3.

VVESALIA vulgo Wesel/ vrbs ducatus Cliuensis elegans, munita & populosa, aquis, propugnaculis & valido murorum ambitu instructa, magnos incolis spiritus gignit. Situ ad negociationem excellit, vnde & magnis & operosis ædificijs, opum affluentia, mercatura celebri, cæterisque fortunæ bonis, nostra memoria mirum in modum creuit. Ad alterius superioris differẽtiam, quæ in sinistro Rheni latere, cum vicina Bopardia,

Tre-

Treuirensi Archiepiscopo paret, VVesalia dicta est inferior. Ex præterfluente Lippia fluuio, commoditates haud pœnitendas percipit, qui sinistrum eius latus alluens, statim Rheno consociatur.

Dierfort	I.	*Meer*	*Hassen*		o.*Rees*		I.
Binen	*Praest*	I.	*Huyten*	½.	o.*Embrick*		½.

Simul 4.

EMBRICA vulgo Embrich / oppidum Ducatus Cliuensis, incolarum & ædium frequentia, Collegio Canonicorum & Schola concinnum.

Elten	½.	*Zevenar*	I.	*Dunen*	½.
VVesterfort		½.	o.*Arnheim*		½.

Simul 3.

ARNHEMVM siue ARENACVM vulgo Arnhem. Geldriæ oppidum est florens vtcunque, ac primarium Velauiæ insulę, cuius territorium paludosum ac vliginosum, syluisque consitum, vtpote quæ ferinarum affatim præbet venatum. Eius latere clauduntur ab ortu Isula, à Septentrione mari, quod Suderzee vocant, ab occidente Vechta fluuio, à meridie Rheno seu Lecca fluuio, vnde abundè piscium ipsis suppeditatur. Supremum Geldriæ ius & Cancellariam Arnhemum obtinet, subditas habens vrbes, earumque præfecturas, VVageningum, Hattemum, Haderwicum, Elburgum, sitas omnes in ea Gelriæ parte, quæ Velauia die Veluwe vulgo nuncupatur.

Eyscaten	2.	*Barnefelt*	2.	o.*Amersfort*	2.

Simul 6.

AMORFORTIA vulgo Amersfort/ nomen à ciuium amore forti, vel vnanimitate fortita, diœceseos Vltraiectensis vrbs inclyta, quo tempore, & à quo condita sit, non meminerunt chronica: antiquam autem esse, vel ex eo constat, quod circa ann. Dom. 1006. sub Henrico 2. Imp. & Ausfrido Comite Tristerbandorum, domino de Altena decimo octauo Vltraiectinen. Episcopo in Annalibus eius fit mentio. Paruum initio oppidulum fuisse ex antiquis mœnibus & fossis liquet, postea verò rebus florentibus, noua ciuitate veteri circundata vehementer est amplificatum. Eius solum ferax, commodum amœnumque: nam ortu & meridie agros, omni genere frumenti fertilissimos, ab occasu montes, Erycetum, syluas cæduas, ac Saltus habet: à Septentrione verò vberrima pascua, quæ à maris Oceani brachio, vno ab vrbe miliari alluuntur. Ex hoc mari, per Amisum fluuium nauigabilẽ omnigenæ merces in vrbem importantur. Vrbs ipsa, firmo satis murorum ambitu duplici fossa & vallo intermedio cingitur, arte tamen potius quàm natura munita. Ciues aut viuunt suo censu, aut agriculturam, lanificium & mercaturam exercent. Ius municipale quod vulgo Stadt Recht appellatur Henricus Episcopus Vltraiecten. an. 1259. concessit, Guilielmus postea Episcopus Anno 1298. instituit, vt idem ius vsurparent Amerfortij quale erat Vltraiectinis. Nundinas habet toto Belgio celebres, quarum duas Guido Episcopus illis anno 1331. concessit. Laudantur Amersfortij in historijs abtemperãtia, prudentia, religione, fidelitate erga suos Principes, fortitudine bellica, liberalitate erga paupe-

res,

res, & exules cæterosque exteros hospitalitate: & merito, omnis enim luxus tam in conuiuijs, quàm vestibus suppellectileque, apud Amerfortios est exosus, didiceruntque ab avis suis honestè ac parcè epulari.

Eembrugge 1. *Laren* 1. o. *Naerden* 1. Simul 3.

NAERDENUM vulgo Naerden/ oppidum est muris arduis, ijsque vitibus fermè vestitis circumdatum. Textoria officina dici non iniuria possit, vsque adeo plerique illic omnes radio telas percurrunt, & insilia calcant, aut pedibus argutantur fulloniamque exercent. Domuum structura & elegantia impar est VVesopo. Est Nardenum caput ditionis Goedelandiæ, quam corrupta & vitiosa cõsuetudo Goeylandiam nuncupat, & olim ab Othone Imp. eius appellationis primo, Goedelæ cœnobij Altenatis Antistite donatum atque illius nomine ceu magno auctoramento ornatam, à qua transisse ad Hollandi Principis ius in loco beneficij annotatum legitur. Porrò creuisse istud oppidum è ruinis veteris Naerdæ, quam solo tenus, captam Traiectinus præsul ex Herculana familia, multis funestus euerterat, creditur: vbi nunc monachorũ sedes visitur maris Sinui vicinus. Hoc oppidum in fatali ista & luctuosa tempestate, præter fas & æquum, contra omnia diuina humanaque iura, calamitas miserè afflixit, quando deditione apertis portis receptus Hispanus miles, corruptis fœderibus, cuncta indignissimis cedibus, incestis, stupris, compleuit, nulla ætatis sexusque habita reuerentia.

o. *Muy-*

o.Muyden 1.

MVDA vulgo Muyda/ ad Vectæ amnis os ſita, gaudebat olim, & inani nomine oppidi fruebatur, quum mœnibus bona ex parte careret, nunc portis qualibuſcunque & vallo ſeptum, ac muris, ſed humilioribus & intermedio ſpatio interruptis, habet ſolas domorum vicinias binas ponte iunctas, mediam interlabitur amnis iam dictus, incolæ plerique omnes, piſcatores ſunt. Adiacet illi Arx opportuna ſatis, ac munita vtcunque oſtio vectæ, in Auſtrino Sinum decurrentis, captiuitate Florentij quinti eſt nobilitata. Diſtat VVeſopo ad tria paſſuum millia: Mudā fortuito incendio corruptam, reparatiſque ædificijs nouam, biennio poſt cremauit Gelrus, ante annos aliquot. Indigenæ fabellam narrant de Sirenis à ſe captæ & dimiſſe fatali ſibi elogio, quo prædixerit Mudæ nunquam ampliorem fortunam eſſe expectandam. Fabulæ quidem fides non eſt habenda, euenta interim rem ſatis docent teſtanturque.

VVeſop 2.

VVESOPVM vulgo Weſop/quod à Carolo, poſtremo Gelrici nominis regulo captum & ſuccenſum fuit, iniectis in tecta arundini tegulo operta facibus, dum nimium ſui confidentes ciues, præſidiarium militem admittere cunctantur, oppidulum, hinc muro cingitur, inde vecta amne, qui è Rheno Traiecti originem ſuam ducit, alluitur, eſt non pœnitendum nunc florentibus vtrũque rebus & raræ texturæ pannificio, cuiuſmodi

Le-

Leidensam Tullius nominat, clarum. Oppidanorum res sunt satis lautæ, ædificia pro loci conditione splendida, ad crepidinem præsertim labentis amnis. Reperitur, & ad annum 1336. incendio fuisse absumptum, vna cum vicina Muda per Traiectensem præsulem ex Herculina familia vnum.

o. Amsterdam 2.

AMSTELODAM vulgo Amsterdam/nomen ab Amstela amne accessisse tam indubitatum est, quàm quod maximè, quin & paruisse olim Amstelijs, familiæ amplissimæ & imperiosissimæ constat. Emporium est longè celeberrimum, copiosũ, viris pariter & opibus præpotens, in intimis sinus Batauici faucibus positum, præter naturæ munimẽtum, etiam operibus pro loci genio non inualidũ, paludo minimeque firmo Solo conditum, quæ causa est, cur ędificiorum fundamenta, incredibili impendio iaciantur, adactis per fistucas trabibus arboribusque ingentibus, aut substrata materia per sublicas connexa, putanturque fundamentorum impẽsæ subinde reliquam structuram æquare, ne dicam excedere. Existimatur nullum aliud toto terrarum orbe emporium frequentioribus classibus Corbitarum & onerariorum nauium adiri, quàm Amstelodamum, ita vt ad hanc Crotonem cætera emporia, nihil sint: meminerunt enim adhuc aliqui ad trecentas naues onerarias frumento alijsque Scythicis mercibus ac Cimbricis saburratas intra octidui spatium & appulisse, & onus magna ex parte expediuisse. Quaternis emissarijs opportunè ductis, vrbs interluitur, quæ sordium colluuiem reci-

pro-

proco maris æstu exonerant; aquarum, quæ silente plenaque Luna, aut tempestate augescunt, incrementum excludunt, nauibus tutissimum receptum præbent. Hanc vrbem Giselbertus Amstelius (in cuius stirpis fide & clientela oppidanos quondam fuisse dictum est) ante annos 260. plus minus, communiri propugnaculis, portis, turribus, pontibusque sublicijs fecerat, extincto Ioanne Principe; qua re & ipse inuidiæ incendio conflagrauit & res oppidanorum in discrimen adduxit; nam exasperati ea inuidia & offensione popularium animi, & ceu ad restinguendum commune incendium concitati adiuuantibus Caninefatum studia Frisijs finitimisque, facilè deiecerunt flammisque concremarunt munimenta, aduersus vim & furorem infirmiora, quando hæc, quantumuis sint Cyclopica, ac cedat licet natura loci inexpugnabilis, furori Martio obsistere non valeant. Postea ad annum 1482. muro cingi cœpit. Hæc est illa Venus Anadyomene, quam salsis è fluctibus os exerentem, comasque explicantem, designare voluisse videtur Apelles. Hæc tanta exterorum affluentia, superiore tempestate, ante fatalem istam temporum iniquitaté inũdarit, vt pomęria vrbis Hemiolo porrectiora ampliataq; facta, breui nihil vacui visura fuerint, si rem ex vsu futuram Senatus iudicasset. Hæc est quam iure Belgica (facto semel atque iterum malignioribus præsertim annis rei periculo) cellam penuariam, vti de Sicilia Cato ille sapiens iudicauit atque adeo horreum suum agnoscat & vocet. Hic contubernij necessitudo nationibus omnibus ex æquo patet, vt de ea dici possit eã habere ianuã hospitalitatis

tatis nunquam obseruatam. Hic enim videas stabulari Italos, Hispanos, Britãnos, Scotos, Gallos, Sarmatas, Cimbros, Suiones, Noruagos, Liuonos, Germanos, & si qui alij Septẽtrionali sub axe latẽt. Hęc forum est, & institoria officina Mercurij illius Lucrionis, qui virga sua, quam manibus gerit, mercatorum animos moderatur ac regit, hos ad præsentis emolumenti & expectati fœnoris vitam ab Orco reuocando, illos per iacturam, & cum nominibus dispendia, pérque æs alienum ad Tartara demittit.

o. *Harlem*. 2.

HARLEMVM vulgo Haerlem, inter cęteras Hollandiæ vrbes amplitudine facilè superior, ędificiorũ cultu nõ postrema, situs amœnitate & cœli salubritate, vel inter primas censetur: Est enim aër liber, à lacuũ marisq; offensa ac grauitate secretus, inter fructuosa prædia, villas suburbanas, saltus vmbrosos, castella non infrequentia, pagis elegantes, agris editioribus perflatilis. Tẽplum habet, Architectorum iudicio celeberrimum, pulchrumque opus, firmissimis innixum columnis, fornice laqueata ex intestina materia, quod spatioso & quadrato imminet foro. Vrbem interlabitur amnis nauigabilis hac tempestate, post auitum magna virium accessione lacum, Sparnus, dictus ab Iunio, apud Sparnodamum sinus Tyi brachio, accipi, quem Spirnerum consona etymo veriori voce, dicendum autumatur rectius; vt palustribus cannis & arundinetis, è quibus Spiras, hoc est calamorum radices, esui gratas, iuuentus colligit, densum; atque ita in Traiectinis diplomatibus scriptum inue-

inueniri ait Iunius, vbi de Ecclesia Spinerwalt, quā Sparnowoudam nunc vocamus, à ſylua amni vicina, Hoc flumen Rheno reuera corriuatum, tamen e lacu immenſum aucto ortum habere videtur: idem euntium redeuntiumque nauium continuo procurſu ac commeatu amœnum; incolarum vtranque ripam, obſidentium oculos iucundo proſpectu paſcit, Ante vrbem nemus eſt, à laco (niſi abeſſet religio) propter opacitatem, non multum recedens, in promiſcuum vſum deambulationi, voluptati, delicijs, exercitijſque dicatum, ſeceſſus ſuos habens à concurſu profani vulgi, ac ſtrepitu ſeparatos, digniſſima Muſis contubernia; vnde exulant cauponæ & Sileni ſtabula, nequitiæ officinæ, & flagitiorum diuerſoria. Linearum telarum, quarum inenarrabilis candor & tenuitas, byſſi gloriam & pretium facilè euincat, mercatu, opificioq; ſatis celebris vrbs eſt, neq; minus villoſi generis pannis quos eadē apparat, Italiæ, Hiſpaniæ mirificè expetitos, ob gratā leuitatem, & pertinacem eximij nigroris gratiam. Abeſt ab Oceano Britannico ad 5. paſſuum millia qui marinorū piſcium genus omne abundè ſubminiſtrat: ad Euronotum lacus eſt ampliſſimus: verſus Aquilonem Tyus ſinus, vterque bene piſcoſus, ita vt opportunus mirum in modum loci ſitus exiſtat vndecunque, Soli, cœli & aquarum bonis circumfluens. Cuniculorum nuſquam fermè tota regione maior frequentia eſt. Harlemeorum ſtirpem, è regio Friſiorum ſtemmate oriundam tam oppido, quàm arci à ſe exſtructis, primum nomen indidiſſe circiter annum à ſalutifero partu 506. putat Iunius. Arx Harlemia ſecundum canalem aluei, qui Egmun-

mundam deferebatur sita, quasi ad perpendiculum recta Harlemum respicit non procul Heemskircha, ea fuit lapidea ex lateribus coctis qui pedem Romanum, adiecto quadrante singuli longitudine superant, quincuncem crassi, dodrantali fermè latitudine: quod murorum ruinæ firmissimæ etiamnum docebunt: Cuius diruendæ soloque æquandæ occasionem dedisse libido ac vis tyrannica arcis Domini creditur, quamuis alijs indomito, nec vllis modestiæ aut legum repagulis coercito, populi in excidium nobilitatis concitati furore, verosimilius id attribuatur, quando non vna arx, id mali experta, sed omnes propemodum, velut immani procella ac turbine raptæ pessum iuerint. Huic vrbi primam inuentæ isthic artis typographicè gloriam deberi contendit Iunius, sed luminibus nostris solam officere dicit inueteratam illam, & quę encausti modo insculpta est animis opinio, tam altis innixa radicibus, quas nulli ligones, nulli cunei, nulla rutra reuellere aut eruere valeant, qua pertinaciter credunt & persuasissimum habent apud Moguntiacum claram & vetustam Germaniæ vrbem, primo repertas literarum formulas, quibus excuderentur libri. Hanc vrbem sequitur capti nouo consilio Pelusij (Damiatam nominant inclytam AEgypti vrbem) gloria, cuius cùm traheretur in longum obsidio, portum vrbis transuersa catena ferrea, inter duas validas turres munitum, vna atq; altera Holcade, quarum carinas & proras, Serra in crenatos dentes Limata obmunierant, Harlemæi, qui in ea obsidione militabant, obseruato vento secundo atque opportuno inuadunt, disfracta catena

in interiorem Dinum penetrant, ſicque patefacto portu, claſſi Chriſtianæ rei bene gerendæ occaſionem aperuerunt; capta deditaque vrbe munitiſſima copioſiſſimaque, cuius rei memoriæ ſempiternæ inſtitutum putatur, moremque per manus in hunc vſque diem traditum obſeruat Harlemæa pubes, vt Kal. Ianuarijs (quæ an huiuſce ſtrategematis teſtes fuerint ignoratur) nauiculas ferratis proris inſtructas, imagineſque victoriæ argumenta, bacillis ſuffixas, in publicis ſupplicationibus circumferatur. Certioriſq; fidei teſtimonia ſuperſunt ex ære Corinthio tintinnabula ſeu çramenta bura, quæ in æditiſſimæ turris faſtigio ſuſpenſa, arguto tinnitu latè perſtrepunt, à re Damiatica nuncupata. Hæc vrbs diuturna grauique obſidione, fatali quidem Batauis, & calamitoſa, ſed Hiſpanis obſeſſoribus perniciali atque exitioſa preſſa, anno 1573. famem obſtinata & inuicta patientia fortiſſimè tolerauit; qua obſidione gentis Hiſpanæ prior fama, bella inclyta extabuit inuiluitque ferocitas contuſa, faſtus repreſſus, fidei periculum aditum eſt, opinio & exiſtimatio virtutis, quæ externis nationibus inuictam, nedum formidabilem illam fecerat, obſoleuit. Docuit enim Harlemum contra ciuium militumque concordiam & conſpirationem animorum mutuam, in tuenda patriæ libertate, nullas quantumuis magnas hoſtium vires quidquam poſſe, quippe quæ defenſioni inualida, tormentorum bellicorum, intrati pulueris, reique alimentariæ copijs, omnino defecta, nunquam tamen in hoſtium manus deditione peruentura fuerit, niſi per frumẽtatores, ignauiter ve an perfidioſè ſui

ſe ſui muneris oblitos, neglecta fuiſſet vrbis cura. Id tamen priuum ac ſingulare fuit, quod palmam non precariam quidam illam aut dubiam, ſed genuinam ac certam iure ſibi vendicare poteſt, libẽter aſſurrecturis ei honoris ergo ceteris ciuitatibus, neque vt olim Aiaci debitum derogaturis, niſi enim hæc, ſe hoſtili Martis furori, per initia oppoſuiſſet bellique minas & apparatum omnem in ſe auertiſſet, certè Reſpublic. Batauica, à cardine emota concidiſſet, dum reliquæ vrbes ſpectaculi diritate & exempli ſanguinarij (quod ab infeſto & ſuperbo hoſte tum expectabatur, ſiue edoctæ, ſiue deterritæ, deditionem vltro properaturæ fuerint; vt quas temporis ſpatium, à communiendo & annona commeatuque copijs ſe inſtruendo, clauſis vndique per gelu præproperum aquis excluſiſſet. Itaque dum in longum trahitur obſidio, dum omni vltimæ crudelitatis exemplo, præter fidem datam præſidiarius miles ſupra duo millia numeroſus ab Hiſpanis deletur; id effectum eſt, vt vrbes communitæ fuerint, & ne qua vnquam ſe poſtea dederet, peſſimi exempli trucidatione, deterretur.

ITER AVGVSTA VINDEL. ALMERIAM.

Amſtelrodamum vſque numerantur mill.			85¾.
Saenredam 1.	*Ackerslot* 1.	O. *Alcmaer*	1.
		Simul	88¾.

ALMERIA vulgo Alkmaer/ finit Caninefatum ditionẽ, locus vndecũq; fermè varijs & ingẽtibus lacubus circũdatus, in quos defluxus riuorũ à

collibus arenarijs liquetium decubuiſſe creditur, ita vt nomen illi impoſitum haud dubiè ſit ab vniuerſitate lacuum quos lingua Cimbrica Meeren nuncupamus ac ſi dicas Al Meer. Almeriæ natales referri videntur ad Agillum virum pium, & à patris inſania alienum. Radbodi illius filium qui pauperum Chriſtum profitentium, cœleſtis regni incolarum cœtui illudens, pedem è baptiſterio iá ſacro lauacro tingendus reuocarat, is Agillus ad annum ſalutis viceſimum ſupra ſeptingẽteſimum, regni Friſiorum habentis tractaſſe dicitur Almeriamque condidiſſe, quod ſi verum, ex antiquioribus vua fuerit. Oppidum (quod amnis ab hinc plus minus quadringentis Friſij Ciſchenani tranſito vado corruperant incendio) nunc ab inſultu & impreſſione hoſtium, vallo egregiè munitum, ędificijs ſplendidis abundat, re auiaria cibariaque valdè copioſum ob lacuum inſignem commoditatem. Senſit poſt deditionem Harlemi, ab Hiſpano communi patriæ hoſte obſidionem, quam ſuſtinere oppidanos deſperatio coegit, ad audenda experiendaque vltima conſeruatrix addita: ſiquidem adempta effugij ſpe omni, accenſa fuit pertinacia trepidæ ciuitatis, præſidiariæque manus, quæ ſi patuiſſet effugium, cùm primum circumfundi ſubito hoſtilis procella vrbi cœpit, mœnia vacua & indefenſa reliquiſſet. Sed dum oppugnatio, deſideratis occiſiſque plurimis ſegniter procedit, ſuperuenere iuges pluuiæ, quæ cum vliginoſi Soli madore, adulto iam autumno, turpiter obſidionem ſoluere hoſtẽ compulerunt. Non procul Almeria, paulum vltra mille paſſus diſſitam ſtetiſſe olim Veronam loquũ-

tur

tur cognomines inde campi, vrbem opulentam, frequentem & populosam, vnicum tunc inter minores Frisios emporium, sed magnarum opum, tenue admodum vestigium, vrbisque bustum tumuli vulgo ostenduntur, è ruinis (vt suspicari libet) editiores, qui nominis memoriam in hunc vsq; diem tuentes, qua plagam Septentrionalem respicit, inter Cedicum & immenso spatio porrectũ Langedicum Veronenses campi vt dixi dicuntur, frumenti feracissimi, quos pagus Pancratio sacer attingit. Hanc primariam fuisse Frisijs minoribus gentis caput, bellorum facem, & furoris administram credibile est, quod opportunissimus eius fuerit situs ad inuadendam Hollandiam, ac proinde ob violatam sæpius fidem, rebellionemque toties repetitam, à Ioanne Hannoniæ Comite excisam funditusque euersam & inducto aratro reædificari vetitam, memorant Annales, qui etiam nominis memoriam obliuione sempiterna delere voluisse creditur, tam inexpiabili aduersus eam cõcepto odio, vt etiam Britannorum copias, in florentis vrbis excidium dicatur exciuisse, eamque gentis furori obiecisse, postquam eam proditione Consulis Phobi, ingressus in eam patuit, cuius monumentum extat hodie turris in arcium, quæ vrbi vicinæ fuerunt ruinis, Phobi nomine famosa, sub qua proditorem, qui sceleris mercedem ocream pecunijs refertam, partus fuerat, humo obrutum infossumque fama per manus tradita refert.

ITER AVGVSTA VINDEL. HERDERWICIAM, inde nauigatur MONICKEDAMVM, vnde terrestri itinere aditur PVRMERENDA.

Arnhemium vsque in itinere præcedenti numerantur mill. 73½.
Hartzkamp 2. *Coetvvick* 1. *Garderen* ½.
o. *Hardervvyc* 2. Simul 79.

HERDERVVICIA vulgo Harderwyck/Ducatus Geldriæ oppidum, multorum opinione, Latinè Pastorum siue Opilionum vicum refugiũ, vel Sinum designat, VVyck enim & sinu siue curuũ maris recessum, & wicum sonat, vt dum dicimus Brũsuicum, & Oosterwicum & alia complura loca, quibus nulli sunt Sinus vicini: Eadem itaque ratione, & ad mare, & ad terram refertur, quum vtrobiq; ille locus significetur, ad quem è periculis quispiam secedere possit. Herderwicia in Hollandici maris sinu seu æstuario, loco amœnissimo condita à Septentrione mare meridianum aspicit, omni piscium genere fœcundissimum: à meridie & cęteris partibus habet hortos, Pomaria, Arua, campos, agrosque, tum ad pascenda pecora, tum omni frumentorum generi producendo, aptos. Syluas præterea quæ lignorum satis suppeditant. Vnde fit vt hic paruo bene viuatur, multi quibus alibi fortuna, vel penuria facilem victum negent, huc vndique confluant, Otto tertius Geldriæ, & Zutphaniæ Comes septimus Anno 1229. eam muris cinxit, & ciuilibus priuilegijs & proprijs Nassawicis insignijs donauit. Eius deinde filius Reinoldus primus eius no-

nominis Geldriç & Zutphaniç Comes octauus, ab Rudolpho primo Imp. Aug. priuilegium cudendæ monetç Herderwicensibus anno salutis 1228. impetrauit, quo etiamnum, tam in auro, quàm argento vtuntur. Si formitatem spectes natura loci munitissimum est oppidum: Firmitatem hanc confirmat arx quædam, fossis ac vallis circundata. Quod si ipsam ciuitatem intueri liceat, ędificia splendida isthic tum à nobilibus, tum ditissimis mercatoribus, rei nauticæ studiosis olim erecta conspiciet. Cuius rei testis, inter cætera, esse potest platea illa, quæ incolarum lingua die Dunckelstraet/appellatur. Ciues in hoc toti sunt, vt concorditer & vnanimiter viuant, ex quibus quidam ex agricultura, quidam ex piscatura, nonnulli ex mercatura & manuum suarum labore, multi denique ex suis reditibus viuunt, singuli adeo rebus suis intenti, vt nihil peius, quàm otiosum hominem oderint. Humanitatis officia ergą pauperes, hospites & peregrinos minime negligunt, ij maximè, qui patricij siue nobiles sunt, quorum hic magnus est numerus.

Hinc nauigatur Monchidamum, quod distat Herdervvico mill. 6.

MONACHODAMVM vulgo Monikendam/ milliari vno dissidet ab Edamo, ad Eurum obiecta illi insula Marca nomine, tranquillum maris sinum sentit. Oppidum est non magnum, vallo & aliquanta sui parte muro cinctum. Appellationis suæ fontes traxit, haud ambigua fide à lacu vicino, cui nomē fuerat Monic Meer/quod monachi lacum sonat, qui nūc aggerū molibus exclusus,

ſus, pars ſinus maris, cuius ingluuiæ cum cæteris pluribus abſorptus eſt, corbitas nauesque frumentarias tuta ſtatione accipit defenſas, inſulæ quàm modo diximus oppoſitum. At enimuerò haud conſtare ſententias in tanta antiquitatis ignoratione videtur. à Monychone quopiam (non illo Centauro, quem Iuuenalis totas ornos iaculatum fabulatum fabulatur) loci lacuſque domino, an monacho delubri cuſtode vicique æditu o, lacus nomen ſortitus fuerit: vero tamen non eſt abſonum, Monacdamum, extrito atque adeo exciſo, vel per hiatum abſorpto vocis vmbilico, quod quondam Monicmeerdamum fuerat fuiſſe dictum.

o. *Purmerende* 1.

PVRMERENDAM vulgo Purmerende/ municipium, repræſentatæ pecuniæ certa ſumma, vna cum arce & iuriſdictione Purmerani territorij, emit olim à Ioanne Burgrauio Montfortio, Gerardus Zylias Eques. Hæc oppidi modo in plateas eſt digeſta, elegantibus inſtructa ædificijs, opulenta anguillarum captura quondam ita fœlix, vt multa nauigia pertuſis carinis ad hoc concinnè fabricata, quo relinqueretur anguillis interludente vnda, libera reſpiratio in Britanniam, quotannis Londinum mitteret, ingenti quæſtu & emolumento, nuper in fatali iſta Prouinciæ prouidentia, qua iuſto odio inflammata, vires opeſque omnes, ad excludendum opprimendumque teterrimum hoſtem Hiſpanum comparat, naturam loci, operibus adiuuando, exſtructis propugnaculis ad arcendam vim communiri eſt cœpta. Arx in fine municipij, imminet

minet lacui Purmero(vnde loco nomen eſt)piſcoſo, atq; ita ſpatioſo, vt magnitudinē vix oculo admetiri poſſis. Paret Egmōdanæ familię, in Annaliū Batauorum monumentis prædita inuenitur res, quæ difficilis ad fidem viſa eſt quibuſdam circiter annum à natali ortu Chriſti tertium ſupra 1400. monſtrum quoddam marinum, mulieris ſpecie, viridi muſco turpe & vndique ſquallens, atrociſſimæ tempeſtatis vi è mari Oceano in ſinum Bataui-cum, qui Auſtralis maris agnomine notior eſt, cōpulſum, & in lacum Purmurum, quem perrupti aggeres cum prædicto ſinu confuderant erectum fuiſſe, in quo dum varijs erroribus agitur, poſt reparatos ſtatim à tempeſtate aggeres, vt ſolent priuſquam profunda voragine ima aggerum fundamenta excedantur, virgines quæ bis quotidie cum mulctralibus, vltro citroque in prata commeant, vt vaccarum vbera mulgendo ſiccent, monſtrum illud conſpicatæ fuerunt, neque parum attoniti principio ob nouam & inuſitatam ſpeciem, in ſpectri modum, mox confirmatis animis erectiores, ac mutuas coniunctaſque inter ſe operas partę, circumſeptum lenunculis & ſcaphis ſuis, ne qua effugium pateret, oppreſſerunt, captumque Edamum, quod oppidum lacui quoque adiacet, pertraxerunt, vbi cibis hominum more aſſuefactum veſci cœpit ſono peregrino ac ſuſpirio potius, quàm vllo articulati ſermonis commercio & vſu, qui piſcium toti generi negatus eſt, manifeſtum. Cuius miraculi fama, quum multos mortales viſendi gratia exciuiſſet, quæ longe lateque emanarat, Senatus Harlemenſis miſſa eo legatione, monſtrum

sibi permitti flagitauit, vt loquuntur Annales, neque repulsam tulit. Quod plures annos postquam eo adductum fuerat, vitam exegisse illic, atque inter fœmineos cœtus pensa etiam traxisse, & cœmeterij honorem postquam vitam exuerat, assecutum, ob exhibitum crucis imagini reuerentiam memoratur.

ITER AVGVSTA VINDEL. EDAMVM, indeque HORNAM.

Herdervvicum vsque numerantur mill. 79.
Indeq; nauigatur Edamum Herdervvico distās mil. 6.
Simul 85

EDAMVM vulgo Edam / maiores nostri Ydamum vocitarunt, ab Ya seu Yda fluento, olim nunc aquæductu, primarium loci templum, ambiente, hactenus qui stagnantem aquarum multitudinem exonerabat per emissarium suum communi appellatione vt diximus, Dam nuncupatum nominis originem testatur & pagus vicinus Middeleye dictus quod in ipso Yæ meditullio iaceat. Oppidum muro fossaque inclusum, caseorum bonitate celebre, satis opulentum, portu oblongo nobilitatum & naualium præcipuè magnificentia, quæ digna iudices vbi Hieronis nauis illa, quam Alexandriam nominauit, mons verius quàm nauis fabricaretur, tãta mole ac capacitate fabricata isthic nauigia, summa naupegorum industria, in maris sinum deducuntur, vt non minore in admiratione sit horum habenda industria quam Phileæ Tauromitani, qui Hieroneam illam deduxit, aut

quam

quam Dioclis Abderitæ, quod Helenopolim immanis magnitudinis machinam ad oppugnandam Rhodum adduxisset.

Horna distat Edamo terra mariq́, spatio vtrobique pari, quod duo conficit milliaria.

HORNA vulgo Horn/vnde nominis auspicium traxerit haud liquet, creditur tamen à sinuoso portu & oblongo, in modum cornu incuruati (cuiusmodi portum ab eadem specie etiam Græci nominant & cornuportus Cicero) Horne quod cornu sonat nomen mutuari cœpisse, cuiusmodi certè portus species in hodiernum vsque diem isthic visitur. Alij sortem nominis datam à diuersorijs tribus, non procul ab emissario, quod Culam, à fossæ vocabulo vocant, positis oppidi primitijs, contendunt, inter quæ præcipuum pro insignibus domus, cornu ostentabat, quo traijcientes exteri hospites accipiebantur, quod ipsum firmissima parietum crassorum compage exędificatum in medio oppidi foro, vbi mercatus est, huc vsque extat, vt exigua rerum omnium sunt initia circa Annum salutis 1300. constat cœpisse ædificari primum, & frequentari locum, quum eo in sinum Danica nauigia crebrius appellerent cum bubo pecore ad mercatum, qui ab eo vsque tempore nobilis locus est, quippe quem frequentes armentarij celebrant, primo aquilone Eurove flante sub Aprilem mensem, quo solent è Cimbrica Chersoneso oram soluere Danorum lembi, creditur antiquitus eum delectum fuisse locum bubus, ob pascuorum quæ sunt ibi herbidissima, opimitatem

& com-

& commoditatem. Oppidum est Horna copiosum & cibariæ lactariæque rei affluentissimum, quod ex semisse maris alluitur, reliquam partem amœni agri & læta pascua, cum pagis minimè obscuris ac locupletibus cingũt; plateas habet peramplas, quæ decus & ornamẽtum præcipiũ solent addere vrbibus. Portũ habet tutum & trãquillum in interiore sinu, cuius commoditas magna est, olim maior, quando opposita portui insula cum pago, cui Dampta nomen, in eo sinu vim & impetum maris ab Africo imminentem excipiebat auertebatque, cuius pagi reliquiæ, vtensilia, lebetes, & ahena grauis ponderis, in turbulenta tempestate, quæ marinas vndas difflarat, penitusq; dissiparat, calcabili tum maris Solo, in opidum fuerunt comportata à nonnullis proiectæ audaciæ ciuibus, quos præda in vitæ periculique contemptionem elicuerat. Hornam nobilitant mensarum delitiæ, porculi marini, non aliter quàm Lucrinum Lacum Ostrea, quorum nusquam gratior palato vsus, nobilitat eam & Siserum lætissimus prouentus, quæ radices Bulbosiores ad pastinacæ modum in delitijs habentur, ob præcipuam generositatem, Hornanæ inter Olitores dictæ, quarum esu tantopere delectatum Tiberium principem memorat Plinius, vt omnibus annis, è Gelduba castello Rheno imposito, Romam ad se peruehi mandauerit.

ITER AVGVSTA VINDEL. ENCHVSAM.

Herdervvicum vsque numerantur in itinere præcedenti mill. 79.

Enchu-

Enchusam nauigatur Herderwico, distantq; inter se mill. *6.*

Simul 85.

ENCHVSA vulgo Enckhusen/nomen à singularibus ædificijs, quæ rara principio, in vici modũ, post densiora accreuerunt, accepisse autumnat: id namque sonat Enckelhuysen. Oppidum est elegans, natura loci munitum, maris furori obiectum, quē in extremo terræ margine situm despicit, opibus quas mari peperit fortunatum, lateritijs plerisque domicilijs ornatum paucioribus ligneis ob incendiorũ periculũ, quæ semel iterumq; olim experta metuit. Constat ex Annalium fide, circa annum salutis 1297. iniecto igne per Herculanum & Puteanũ hostiliter inflammatum, conflagrasse. Muro cingitur & turribus, nisi qua Frisiam prospectat, vbi inexhaustis sumptibus agger, per mare ductus ex Alga, materia ad repugnandum mari conuenientissima, in speciem portus capacissimum alueum recipiendis onerarijs nauibus includit. Est & alter portus nauigijs, cui turris valida imminet, in qua elogium exstat disticho clausum, in marmore incisum, quod memoriam seruat insidiarum à Carolo Gelriæ Duce comparatarum, ad inuadendum opportunissimum inquietandæ Hollandiæ portum, ad annum à salutifero partu 1537. obseruato accōmodo gerendæ rei tempore, quando pleraque omnis iuuentutis & ciuium pars, nauigando occupata abest, immissa ad id tentandum per duas naues cohorte expeditorum militum, subsecuturis mox alijs, ad primum collucentis flammæ edendum ex con-

conuentu signum, distichon haud otiosis ab Hadriano Iunio expressum, vt ibi legitur, & literis numeralibus ita habet:

EnChusaM InsIDIIs taCItIs SVb noCte SILentI
ObrVere aDnIxa est GeLrICa perfIdIa.

Oppidum istud factitij Salis gloriam affectat, numerosis admodum longo secundum aggerem tractu exstructis extra mœnia tectis Salarijs, in quibus strues Salinarum aggestas videre est, sudantibus dies noctesque operis. Oppidani homines graui & industrij ex Armoricis ciuitatibus Salem, sed asperum & pullum, corbitis deuectum, cortinis amplis excoquunt, affusa marinæ quæ nonnihil inertem mitemque gustui Salis saporem corrigendo exhibet, ac candorem mensis cibisque gratum arte conciliat, quamuis ex atro fumo quem cespitum bituminosa materia euomit, tecta tota fuliginem densam & atrorem imbiberint. Batauica enim regio tametsi opportuna habeat cataractarum claustra, quibus salsæ maris vnde commode admitti queant, vt fieri solet in Italia Gallisque, destituitur tamen acribus illis æstiui Solis feruoribus, quorum pernecessarius ad durandos latices vsus requiritur, vt in coagula concrescant crustæ glebæque Salis, aut in minutos grumos siccentur. Ab his diuersum conficiēdi Salis morē apud Hermunduros (qui Cattos vnde nobis origo pepulerunt) receptum tradit Tacitus, quo ardenti arborum strui aqua infusa densabatur & igne concrescebat, pugna quadam elementorum ignis & aquæ. Quin & maiores nostros scimus in peculio suo, hoc est, ge-

genitalibus terris, salis natales coluisse diligentius, antequam Corbitis aperto Oceano Armonici & Hispaniæ frequentari cœperunt, tum namque è glebis vstis, & in cineres versis, opimo quæstu Salem conficiebant, non salo, non salinis (quarum inuentum Anco Martio tribuitur) vsi, & in adiacentes regiones huberrimo compendio eum deuehebant, qui aqua affusa splendidus nitebat Siltsout popularium idiomate dictus, quod è glebis, salsilagine imbutis arte extractus esset, ad quem quæstum ita plerique passim calluerant, vt agrorum sumen omne (quippe in summa eorum vilitate) exhauserint, vnde multi natum augurantur, quod solum infinitis in locis redditum sit depressius humiliusque. Adde quod è bituminosis cespitibus subterraneis (quos Turff vocari dictum est) cinefactis salsaque perfusa, ætas auorum elicuisse cognoscitur, quæ nunc cars inoleuit, & in desuetudinem abijt, ob affluentem Salis copiam, quam Galliæ Hispaniæque subministrant. Hoc oppidum Neptunium iure dici queat, quod fatali illa, & haud scio qua immutabili sempiterni ordinis lege, maris quoddam imperium, & classiũ agitauerit, propitio Caroli Cæs. & Philippi Regis studio atque fauore, quando vterque, non alijs temerè nauibus vitam suam, hic in transmittendo Oceano, ille in suscipiendis expeditionibus, commiserint; Atque hinc fœlici augurio cœruleum scutum (vti Sex. Pomp. eiusdem coloris paludamẽtum sumpsisse, cum Neptunij agnomine legitur) cũ duabus stellis inter haleces interiectis, vice insignium præfert, quod halecũ more maria sulcet, nõ

sine

ſine certa vtriuſque Poli & ſiderum curſum moderantium cognitione.

Medenblick 2.

MEDENBLICVM vulgo Medenblic/ municipium maritimum, cethonem habet ſeu portum manibus factum, nauibus in tempeſtate perfugium, & ſtationem ſecuram, eundemque etiam nauale: ad annum 1290. à Fiſijs tumultuantibus & ferro flammaque cuncta miſcentibus, in cineres redactum fuit: arce præſidiaria, quam habet peruetuſtam, graui obſidione circundata, ita vt ad iumentorum carnes, quibus famem propulſarent, inedia proceſſerit. Fabuloſam Medeam huic nomẽ dediſſe vulgi opinio tenet, quæ ex inaurato ære, in bractea ductili expreſſa, turriſque editiſſimæ faſtigio impoſita, procul ſignum nautis viatoribusq; dederit. Radbodi Friſiorum regis iſta fuiſſe creditur ſedes, illius quem luſtralis baptiſmatis vnda tingendum mutata ſententia pedem alterum aquæ immerſum, reuocaſſe teſtantur Annales; quum ſuorum maiorum vmbris, apud inferos, quàm inopi Chriſticolarum cateruæ adiungi, Epiſcopo, ad tingendi officium iam accincto reſpondiſſet: qui planè videtur Neritæ veſtigijs inhæſiſſe, nam quum Venus (vt refert AElianus) inter cœlites nomen ſuum profeſſura, voluiſſet Nerei filium amores ſuos, cœleſti regno inferre ſecum comitem, ille contumaciter repudiaſſe beneficium perhibetur quod anteponeret cœlo, conuerſationem cum parentibus & germanis ſororibus, vallo aggeribuſque & propugnaculis in altum eductis, ita communitum eſt, vt inſu-

ſu-

ſuperabile, quaſuis ab hoſte iniurias propulſare poſſe credatur. Firmiſſimi omnium ſunt hi aggeres, qui obices ſuo oppoſitu Septentrionalis maris furiam excipiunt, quos alga (quæ maris eiectamẽtum eſt, in propinquo) prętexunt; materia vbi ſpiſſata conſederit, tam firma & ſolida, vt moles ſaxeæ vix denſius firmamentum coagmentumve præbere poſſint, tantoperè illa ſæuientis maris proteruiam reſpuit. Ager vicinus per foſſas inciles, in prata herbida, bubus opimandis peropportuna, diuiſus eſt.

ITER AVGVSTA VINDEL. ZVTPHANIAM.

VVeſaliam inferiorem vſque numerantur mill. 66½.
Hammkel 1. *Int Leuken* ½. *VVerdebroeck* ½.
Iſelburg ½. o.*Anholt* ½. *Schvvelden* ½.
o.*Doetechem* 1½. *Hummel* ½. *Baeck* 1.
VVychmoer ½. o.*Zutphen* 1.
Simul 75½.

Aliud iter ZVTPANIAM, per SIEGENAM, & TREMONIAM, indeque ZVTPHANIAM, poſteaque DAVENTRIAM, CAMPENAM, & STAVERAM.

Francofurtum vſque numerantur mill. 34½.
Bruynſchem 1. *Beckersheim* ½.
Nider Nertebach *Beddervvel* ½. o.*Friedberg* 1.
o.*Putzbach* 1. *Hohenlinde* 1. o.*VVetzlar* 1.
o.*Herborn* 2. o.*Dillenburg* 1. o.*Siegen* 3.
Ferentorff 1. *Vyſick* 1. o.*Attendar* 1.
o.*Plettenberg* 2. *Brunichauſen* 1. *Rode* 1.

o.Iserlon 1. *o.Svverten* 1. *Berckheven* ½.
o.Huerde ¼. *o.Dortmunt* ¼.

Simul 56½.

TREMONIA vulgo Dortmund/ Sac.Rom.Imp. Comitatus, atque in ipsius meditullio posita vrbs Tremoniensis, earum ditionum albo recensetur, quę sine intermedio Rom. Imperatorem agnoscunt dominum. Hæc quondam à Trotmannis Sueuorum populis, Trotmania, posteris temporibus Tremonia, vulgari autem dialecto appellata est Dortmundt/ Eo loci vbi postea vrbs Tremoniensis extructa est, duos olim pagos, veterem & nouum extitisse refertur, qui imperium antiquissimi castri Trotmannorum sequerentur. Sub id verò tempus, quando Carolus Magnus, hasce omnes Saxonicas prouincias subiugasset, ius municipij ijs largitus paulatim in oppidum coalescere cœpit. Carolus Magnus perspecta Soli vbertate, sitúsque non vulgari præstantia, colonias huc deduxit, sedémque hic sibi Aulæque firmauit.

Dattelen 2. *o.Halteren* 1. *o.Gemen* 8.
Bredefort 2. *o.Zutphen* 8.

Simul 11.

ZVTPHANIA vulgo Zutphen/ frequens & aquis munitum oppidum, à paludibus nomen habet, quas Veenen inferioris Germaniæ lingua, vulgus appellat. Comitatus dignitatem Zutphania obtinet, cui assignatæ sunt vrbes & præfecturæ sequẽtes: Doesburgum, Doetechem, Lochem, Grol, Bredefort, Brouchorst. Hæ quidem vrbes, præfecturæ

au-

autem eæ, quæ nomen ab his vrbibus sortiuntur. Atque his rursus præest vnus summus præfectus; quem vernacula lingua Zutphaniensis Comitatus Drossartum appellitant, quin & huic parti adscribitur vrbs s'Herenbergensis, & ipsa Comitatus nomine insignis.

Gorsel	1.	o. *Deuenter*	1.

Simul 2.

DAVENTRIA seu DAVONTRIA vulgò Deventer/ à Dauone quodam inter Saxones honorifico & potente, nomen habere asserunt aliqui; cùm enim ad Dauonis arcem propter erecti templi magnificentiam, in eius vicinia, multi ædes suas habere desiderarent, illa ædium multitudo & coniunctio, paulatim muris & foueis cingi, & vrbis nomen, è Dauonis arce sortiri atque imperialibus priuilegijs gaudere cœpit. Mercimonijs inprimis Dauentria famosa est, cuius incolæ in remotis orbis partibus negociantur. Vicinus Dauentriæ ager fertilissimus, & ad quamuis culturam aptus, frumenti inprimis ferax, hinc pascuis fœcundus, vnde pecorum ingentes alunt greges, quin ex remotissima Dania, eo pascendi saginandique gratia, greges numerosi huc aguntur, lætissima siquidem & amplissima prata habent.

Olse	1.	*VVygghe*	1.	o. *Hattum*	1.
Claervvater	½.	*Vest Vlsen*	1.	o. *Campen*	½.

Simul 5.

CAMPENA vulgo Campen/ eius regionis in Gelrico ducatu vrbs, quę versus Septentrione

posita, TransIsalana dicitur, in læua Isalæ ripa, decenti & oblonga structura præstans, circa eius fluuij ostia, quibus Sinui maris Australis vulgo Suyderzee, iungitur. Vrbs multarum opum affluentia, elegantissimo ædium priuatarum, & ciuium nitore commendata, sicuti etiam ædificijs publicis vsibus destinata, superbissimè exhibet. Quorum præcipuè sunt D. Nicolai & Deiparæ Virginis templũ, illud parochiale, quod non oppidani tantum omnes, sed frequens è vicinia populus frequentat: hoc præcelsam & eleganti structura nobilem habet turrim, vnde per vicinum mare Australe Enchusam vsque visus dari pandique potest. Eadem Ecclesia non sine spectantium admiratione, summo in Altari, elaboratam & venustam Tabulam repræsentat, maiorum imaginibus clarissime Virginis manu depictam, qualis & in Franciscanorum Collegio perelegans conspicitur. Ciuica domus, haud ita à ponte, quo vtraque Ysalæ ripa coniungitur, remota, perauгusta ac splendida, & præ cæteris ædificijs omnibus, incredibili structuræ symmetria. Telonium ad Isalæ ripam se effert, quæ læta tecta magnatibus & harum regionum primoribus frequenter subministrauit. Eius splendorem exteri, magnificentiam, & structuræ harmoniam Architecti summè admirantur. Vrbem ambiunt mœnia, & maximæ aquæ, quæ partim per Riuum vulgo die Ruie, partim per Isalam eo deducuntur: Dulces autem Isalæ aquæ per mediam vrbem, ad cõmunes ciuiũ vsus permeãt. Extra vrbẽ paludosa passim sunt loca, vliginosa & inaccessa, vt obsidionis Campena impatiẽs sit, neq; enim murales machinæ & furiosi

Mar-

Martis tormenta ſubduci poſſunt ad mœnia. Suburbia ſunt bina, vetuſta ſane elegantia conſpicua, ſeparata diceres oppida, ad hoſtium ferendos propulſandoſque inſultos probè munita: vicinus vrbi Haga, remotus Burenopia nuncupatur. In illo periti ſſimos nauium Architectos, quarum frequens in aquaticis hiſce regionibus vſus; in altero autem, qui piſcium capturæ incumbunt, magno numero inueniuntur. Vix hoc tractu reperias oppidum, vbi maior delicatiſſimorum piſcium copia ſit: Sturijs abundant & præſtantiſſimis Salmonibus: Carpios, Lupos, & ſtupendæ magnitudinis Praſmos, tanta abundantia, piſcario in foro quotidie videas, vt plane videatur incredibile. Aſellum piſcem marinum, ſapido pręſtantem iecinore vulgo Cabell'aw nomen ab Aſniniæ pellis ſimilitudine retinens, cùm cinerei coloris & ſquammoſus non ſit: Haleca recentia; Conchas, Oſtrea, Paſſeres quos Plateiſas, alij verò Pectines nuncupant, planos latoſque & præſtantes Rumbos, cęteroſque quos de mari piſces deſideres, piſcarium hoc forum, pretio tolerabili, quotidie affatim offert. Peculiare piſcis genus, vulgo Muſculus, præ cæteris hic in pretio & delitijs eſt. Horum alios domi, & vicinioribus in locis recentes, alios Sale conditos, ad remotiores exportant.

Hinc nauigatur Stavriam, diſtantem mill. 8.

STAVRIA vulgo Stavere/ in Occidentali Friſia ad maris Meridionalis littus ſita ampliſſimis quondam negotiationibus clara, & toto ferè Orbe celebris adeo fuit, vt etiam ciuitas regalis ſit dicta,

quæ imperij sui limites Nouiomagum vsque extendebat, vbi vetustissimo stylo, characteribus ferè ignotis, longo & obliquo ordine ad portas legitur inscriptum HVC VSQVE IVS STAVRIAE: nunc quamuis Continenti adhęreat, magna tamen ex parte instar Amstelodami fluctibus cingitur. Habet ad Orientem vastum lacum ad Occidentem mare mediterraneum. Statio olim fuit bene fida carinis, at nunc temporum iniuria frequentissimis marinis inundationibus, magna arenarum mole inuecta, portus ita præclusus & obstructus est, vt nauigijs vix sit peruius, vnde ciuitas negociationis commoditatibus destituta, ad extremam calamitatem redacta, miserandum pristinæ dignitatis cadauer exhibet: vbi monasteriorum, Ecclesiarum, & amplissimarum ædium ruinæ (quarum columnæ, & vestibula deaurata fuerunt) inter vepres desolatæ iacent. Atque huius quidem vrbis interitus, Amstelodamensis salus & gloria extitit, quo omnis eius negociatio est translata. Iuxta Stavriam prope monasterium S. Odulphi, Guilielmus Comes Hollandiæ Anno 1345. cùm 8000. à Frisijs infœlici Marte cæsus, quorum ossa ad annum vsque 1545. passim dissipata, & inhumata iacuerunt, in quibus manifesta vulnerum & ictuum indicia apparebant. Quæ à Maria Regina Hungariæ, anno iam dicto plaustris curribusqueStauriam deuecta, & in domum mortuariam & cœmiterium sunt deposita. Hodie nihil magnificum habet Stauria, præter arcem validam portui maris imminentem, cuius fundamenta iecit Georgius Schenckius à Tautenburg Anno 1522. dum Frisiam gubernaret.

Hin-

Hindelopen 1.

HINDELOPIA vulgo Hindelopen/ in Frisia occidentali oppidum, marinis fluctibus obiectum est, quare ægrè ab interitu defenditur, aggeribusque firmis latis ac altis ad arcendam aquarum rabiem, oppidulumque cum adiacente agro contra earum impetus.

o.*VVorcum* 1. *Hesselen* ½. *Dedgum* o.*Bolsvverd* 1.
Simul 2½.

BOLSVVARDIA vulgo Bolswardt / vetus & Hanseaticum est oppidum.

Altaurum 1. o.*Haerlingen* 1.
Simul 2.

HARLINGA vulgo Haerlingen/ Occidentalis Frisiæ ad fauces maris Australis oppidum.

ITER AVGVSTA VINDEL. FRANEKERAM.

Bolsvvardiam vsque numerantur in itinere præcedenti mill. 86.
Lollum 1. o.*Franicker* 1.
Simul 88.

FRANEKERA vulgo Franicker/ in VVestergoiæ toparchia diues & opulentum est oppidum, in quo vt plurimũ nobiliores homines degunt. Quod perduellium sui principis (qui tum Saxoniæ dux erat, obsidionem fortiter sustinuerit, amplo ab eo prærogatiuo & priuilegijs præ cæteris Frisiæ vrbibus ornatum est. Agrum habet quemadmodum

& vniuersa Frisia planum, ac pascuis fœcundissimum: stagnis tamen, lacubus ac paludibus intercisum, aliquando maris sinubus, aliquando totus insularis quoad sementis incultiuum, ad reliqua verò fœcundum, latissimis pratis amœnissimum, reliqua terra exhauritur cespitibus, quas Torven vocant, pro igne alendo egestis.

ITER AVGVSTA VINDEL. SWOLLAM, SNECAM, LEOARDIAM, DOCCOMVM.

Dauentriam vsque numerantur in itinere præcedenti mill. 69½.

Olse 1. *VVyghe* 1. *VVyndelsheim* ½. o. *Svvol* 1½.

Simul 73½.

SVVOLLA vulgo Swol/ vrbs Imperialis, situ loci amœnissima, qua in tota pene Germania vix est inuenire aliam beatiorē, quęq; omnibus frumenti generibus iuuencis, piscibus, butyro, alijsque ad sustentationem corporis necessarijs rebus non solum abundat, sed etiam maximam inferioris Germaniæ partem istarum rerum copia enutriat. Republica tali ornatur, qualem neque Aristoteles, neque Plato vnquam feliciorem descripserūt, ita vt propter prudentiæ ac sapientiæ opinionem, immunitates, singularia priuilegia, ac iustissima municipalia iura, hic Senatus, ab alijs & vicinis oppidis, in dubijs causis consulatur, quas & secundū suas leges iudicat & componit, compositasque ad loca & oppida circumiacentià pro iudiciali auctoritate ratas remittit.

Geel-

Geelmuden 2. *Vollenhove* 1. *Kuynder* 2.
Lemmer 3. o.*Sloten* 1.
Simul 8.

SLOTENVM vulgo Sloten/ oppidulum pertinet ad ſeptem Syluas, loco eſt demiſſo & paluſtri apud mare Auſtrale. Ager ab occidentali parte qua Geſterlandiam ſpectat, paulum eleuari incipit,,arenoſus ibidem exiſtens. Lacus illi adiacet magnus, in quo eſt piſcium omnis generis copia. Secatur in duas partes,aqua perfluente,quę duobus pontibus coniungitur. Templum parochiale non habet, ſed tantum Sacellum lacerum penè, hac temporum tempeſtate, & ruinam minitans. Ab anno 1523. quo vallum diſiectum ſoloque æquatum eſt abſque munimentis fuit, vſque ad annum 1582. quo ordines confœderati rurſus illud muniuerunt.

o.*Ylst* 1½.

YLSTA quæ ab alijs ILOSTVM & in literis quibuſdam antiquis manuſcriptis ILIACVM dicitur vulgo Ylſt/ in longum porrigitur, ab Auſtro in Septentrionem duabus conſtans plateis, quas aqua mediocris profunditatis, intercurrit nulla re inſignis,quàm antiquitate, qua & vicinam Snecam & alias quaſdam Friſiæ ciuitates ſuperare dicitur. Nec vallum habet,nec munitiones, nec ſepimenta vlla. Fruitur tamen iure ciuitatis, regiturque à proprio Senatu, habens ciuicam domum oppidi inſtar. Quocirca etiam optimo iure inter ciuitates numeratur. Multi excellenti doctrina viri,hanc

patriam, origine decorarunt, quorum omnium accuratam enarrationem Suffridus Petri, peculiari libello, de illustribus Frisiæ Scriptoribus, dedit.

o. *Sneec* ½.

SNECA vulgo Sneeck/loco humili & tractu plane aquosa sita est. Nam ager totus circumiacens humilis est & depressus, nisi quod à Septentrionali parte, vbi ædes fuere Ioannitarum paulum adsurgit, ideoque nec segetibus ferendis, nec vlli alicui rei quàm pecoribus alendis idoneus. Oppidum non tam aggeribus, quàm natura & ipso loci situ munitum. Nouum est, sicut & alia pleraque huius patriæ vtpote nondum ducentis annis ciuitatis donatum iure & priuilegijs. Cæterum progressu temporis tanta incrementa sumpsit, vt præsentiarum nulli oppidorum Frisiæ cedat, præter soli Leoardię quę omnium reliquorum caput est, siue amplitudinem spectare velis, vt ędium multitudinem splendoremque, vna cum ciuium numero, siue platearum dispositionem aptam, vna cum aquarum commoditate & abundantia, siue alia istiusmodi ornamenta.

Bressum 1. *Oosterwierum* ½. *VVeidum* ½. o. *Leuvvardum* 1. Simul 3.

LEOARDIA vulgo Leuwarden/ eius Frisiæ oppidum, quam occidentalem vocant, Comitatuum Oestergoy, VVestergoy, & Septem Saltuum vulgo Seven Wolden/caput est Leoardia, oppidum opulentum, & vti priuatis ciuium domicilijs decenter ornatum, ita aquarum ambitu, foueis & præua-

valida arce, contra hostiles insultus egregiè munitum. Curiam habet iudicialem, & Frisiæ Cancellariam, à cuius tribunali nulla vlterius permittitur appellatio.

VVyns 1. *Iannm* 1. *Dockum* 1.
Simul 3.

DOCKVM Frisiæ oppidum, loco primum dumoso excitatum fuit, quod loci & commerciorum commoditate inelegans deinde oppidum excreuit. Amnem habet ex portu maris Seelbach, qui in Oceanum delabitur, ipsamque ciuitatem, media quasi ex parte intersecat, ad nauigationem & negociationem accommodum: fuit olim Emporium mercium occidentalium. Pontes habet duos ligneos, quorum alter Silice stratus, nundinis & quotidianis ciuium inambulationibus celebratur. Anno 1582. nouis statuum contra Philippum Regem factionibus, murorum reparationibus, priscam muniti oppidi formam, quam sub Carolo quinto amiserat, recepit. Forum habet oblongum & amplum, priuatis ciuium ædibus, & in medio negociationi dicata domo ornatum. Duæ sunt in eo Ecclesiæ Parochialse, in vno cœmiterio constitutæ, vna S. Martino, altera S. Bonifacio sacra est cum Xenodochio bene dotato. Diui Antonij Sacello, & magnifica Sancti Bonifacij Abbatia. Ciues industrij sunt, negociatores callidi, & ad literarum studia idonei, quod ingenia plurima, quæ patriam ortu illustrarunt, non obscurè confirmant.

ITER

ITER AVGVSTA VINDEL. MARPVRGVM.

Francofurtum vsque numerantur mill.					$34\frac{1}{2}$.
Giessen distat Francofurto, sicut videre est in itinere Francofurto					6.
Loller	1.	*Fravvhausen*	1.	*VVeimer*	
VVeinkausen		*Nider VVeimer*	$\frac{1}{2}$.	o.*Marpurg*	$\frac{1}{2}$.
				Simul	$43\frac{1}{2}$.

ITER AVGVSTA VINDEL. HERBIPOLIM, inde MARPARGVM, deinde FRANCOBERGVM, ARNSPVRGVM, HAMMONEM, & MONASTERIVM.

Dinckelspuhelum in itinere Augusta Francofurtum numerantur mill.					11.
Iesta	3.	*Rotenburg*	1.	*Scheckenbach*	1.
Aye			3.	o.*VVürtzburg*	3.
				Simul	22.

HERBIPOLIS siue ERIBIPOLIS vulgo Würtzburg/ celebris Fano Dianæ, Francorum orientalium caput atque Metropolis. Vrbs est in plano sita, extra vndique circumiacentibus monticulis & collibus vitiferis, amœnis hortis, interpositis pratis ornata: præterea fossis, vallis, mœnibus, turribus & propugnaculis bene munita, satis etiam populosa: pluribus templis, monasterijs & ecclesijs, ac non solum clericorum, sed & ciuium amplissimis ędibus decorata. Alibi apertè labentibus, alibi subterraneis fluuijs, à fœtore & putredine (aëris clementiam nusquam non corrumpētibus) sem-

ſemper mundiſſima ſeruatur. Habet plures puteos viuis & dulcibus laticibus perpetuo ſcaturientes, ad quoſuis vſus valdè vtiles. Ad occaſum Mœnus proximè vrbem præterlabitur. Vtramque ripam ingens pons iungit lapideus, fortibus nitens Pylis. Vltra Mœnum in proximo monte caſtrum eſt, ſitu, operibus, atque oportunitate loci munitum valde atque ædificijs peramplum, quod Epiſcopo ſedem præbet. In eo eſt liberi patris Spelæum amplum profundum & obſcurum, operarum multitudine & labore in ipſo monte cauatum: Hic videntur ſtupendæ capacitatis ac magnitudinis vaſa vinaria, trabibus contignata, circuliſque ferreis trecentarum amplius librarum compacta. Vaſorum maximum 150. nonnulla 140. quædam 120. culeos Romanos capere, tituli ſingulis inſcripti notant. Ex more veteri gentis vaſtis è dolijs deprompta, exiguis cyathis nobiliſſima quæque & vetuſtiſſima vina, dantur aduenis deguſtanda.

Tzol	2. *Leinach*	1. *Rorbach*	2½. *Etelbach*	1.	
o.*Lor*	½. *Framerbach*	2. *Lettigbrun*		1.	
o.*Vrb*	1½. o.*Salminſter*	1½. *Burchorſt*		1.	
Ortenberg	3. *Gromberg*	1. o.*Marpurg*		2.	

Simul 19½.

MARPVRGVM ſiue MARTISBVRGVM vulgo Marpurg/ à Marte qui hic coli ſolebat, vel à Marcomiro, Marcomiri 26. Francorum Regis filio nominatum & erectum fuiſſe putatur: Alijs Amiſia dicitur. Eam alias villam fuiſſe Hiſtoriæ produnt, Lona fluuius eam præterfluit. Valde auctum eſt Marpurgum augeturque quotidie. Caſtrum vna

cum

cum Sacello in monte positum, ab Episcopo Ludouico Monasterien. anno 1484. extructum ast. Noua aula vulgo New Saal/ extructa est ab Landgrauio Guilielmo minore anno 1489. Anno verò 1591. adeo splēdidè hoc castrum est ornatum, vt cum quibusuis amœnissimis Italiæ Palatijs conferri possit. Liberalium artium studium vniuersale in hac ciuitate institutum, Anno Christi 1526. à Philippo Principe, instauratum est anno 1535.

Werne	¼.	*Coefelle*	¼.	o. *Wetter*	½.
Monickhausen			1.	*Wisenfelt*	
Rengerdhausen		*Franckenberg.*			½.

Simul 3½.

FRANCOBERGVM vulgo Franckenberg, in Hassia oppidum est perelegas, situ amœno & antiquitate commendatum, præferunt Annales prima idipsum fundatione Dioterum Francorum regem, circa Annum Christi 520. eo loco excitasse, vt se vallum & propugnaculum, contra feroces Saxones, gentem Hassis vicinam exhiberet. Castro prævalido munitum hoc oppidum Francobergum, Edera fluuio irrigatur, quem Adernam vocat Historiæ, vulgo Die Eder. Regum Franciæ sedes, eo potissimum tempore hic extitit, quo perpetuum ipsis cum Saxonibus bellum fuit: quare consuetudine maiorum bellicosi, cùm necessitas postulat: venationi alioqui & agricultura dediti Francobergentes ciues sunt, qualis etiam Hessorum in vniuersum est indoles. Pope hoc oppidum Rotæ aquam per montem deducunt.

Sath-

Sachsenberg	½.	o.*Halenberg*	1.	o.*VVinterberg*	1.
Niderfelt	1.	*Astinchusen*	1.	*Heringhusen*	1.
Meschede	1.	*FreienOel*	2.	*Rombeke*	1.
o.*Arnsperg*	1.			Simul	10½.

ARNSPERGVM vulgo Arnsperg/ Comitatus est, auctoritate, antiquitate, multisque commoditatibus cæteris VVestphaliæ ciuitatibus præstans. Sunt qui Angersperg/ haud secus quàm Arnsperg legunt atque pronunciant, quasi ibi Angariæ ducatus inceperit, quod tamen cum historiarum veritate minus conuenire videtur, cùm Ducatus iste, ab hoc Comitatu separatum dominium semper fuerit, Coloniense Chronicon Angariæ Ducatum prope Heruordiam ponit, vbique primarium totius Saxoniæ arcem & munitissimum propugnaculum constituit. Comitatum de Arnsperg amplissimum fuisse, vel ex eo constat, quod Fredericus Comes de Arnsperg/ qui se VVestphaliæ Comitem scripsit, & viuente Ludero, partem Comitatus tenuit, ibidem potuerit suo tempore, omnes ferè reliquos VVestphalicos subijcere, Coloniensem, Monasteriensem & Paterbornensem Episcopos atque alios. Arnspergicus autem Comitatus, quando ad Episcopatum Coloniensem deuenerit, non est vna Historicorum sententia. Eius præcipuum oppidum Arnspergum ad Ruram situm, arcem æditiore in monte habet, gratam & commodam Episcoporum residentiam, vt quæ iucunda simul & vtilia venationis exercitia, piscium item copiam, ex præterlabente rura præbent.

Huste	½.	o.*Nyem*	½.	o.*VVerle*	1.
Rynderen	1.	o.*Hamm*	1.	o.*Bockel*	1.
Drackstenvord			1½.	o.*Munster*	1½.

Simul 8.

ITER AVGVSTA VINDEL. SVSATVM, indeque MONASTERIVM, deinde COEVORDIAM & GROENINGAM.

Francobergum in dicto itinere numerantur					45.
o.*Sachsenberg*		½.	o.*Halenberg*		1.
o.*VVinterberg*	1. *Niderfelt*	1.	*Astinchusen*		1.
Altenburen	1. *Kaldehart*	1.	o.*Belick*		1.
Brulinchusen		1.	o.*Zoest*		1.

Simul 54½.

Aliud iter ASTINCHVSO SVSATVM.

Asper	¼. *Nutler*	¼.	*Vsque ad syluam*		¼.
ea protenditur	¾. *Suttrop*	½.	*Belick*		½.
Brulinchusen		1.	o.*Zoest*		1.

Simul 59.

SVSATVM vulgo Zoest/ vrbs VVestphaliæ post Monasterium opulentissima amplissimaque, vt quæ populosa sit, distincta Parœcijs; Primæua fundatione castrum, & vnam earum munitionum fuisse perhibent quas VVitekindus contra Carolum Magnum 30. annis bellum gerens, aliquoties deiectas & conuulsas reparauit. Constanti autem Historicorum fide perhibetur, Susatum quondam fuisse præfecturam, qua quotidiana accessione, in tantam paulatim vrbem excreuerit, indeque Zulati ap-

appellationem natam, quod ob loci sitúsque opportunitatem, ædificiorum aliquid ad castrum ipsum semper accesserit, & à quotidiano incremento, Zusatum quasi ein zusatz cognominatum sit. Complures pagos vicinos sibi subditos occupat, olim Præfecturæ minores, quos populari lingua die Bürden indigetant, quod grauamina & onera, à quibus ciues immunes sunt ac liberi sustineant. Ager, etsi tota VVestphalia syluis, & pecorũ pascuis, quàm aruis lætior sit, circa Susatum tamen atque Hammonem frumentaria gleba felicior est. Salinarum etiam fœcunditate commendatur. Sub illustrissimi Cliuorum, Iuliacensium, & Mõtensium Ducis clientela nunc degit, cùm antea sub Archiepiscopo Coloniẽsi fuisset, à tempore Friderici primi Imp. qui Henricum Leonem, Saxoniæ Ducem, prouincijs pulsum, omni exuerat dignitate. Tum & Susatum cœpit parere Ecclesiæ Coloniensi vsque ad annum 1440. quo Susatienses amicitiam Adolphi Cliuensis Ducis affectarunt, quod se dicerent ab Archiepiscopo in antiquis libertatibus arctari, itaque ad Ducem Cliuensem defecere, cui saluis immunitatibus antiquis sacramentum fidelitatis præstiterunt, quare ad arma peruentum, & Ioannes Cliuensis Adolphi filius, cum valido præsidio, vrbem tuendam ingreditur ibique passus est se obsideri ab Theodorico Archiepiscopo Colonien. cui confœderati erant, Monasterienses, Hildesheimensis, Mindensis Episcopi, Ludouicus Bauariæ Elector, Gulielmus Brunsuicensis Dux, Ioãnes Nassow & Gerhardus Scinus & alij Comites. Venerat etiam illi auxilio Gulielmus Landgrauius Thurin-

giæ Dux Saxoniæ, Rudolphus Traiect. Episc. & Bernardus Lippiæ Comes, Ioannis partis tutati sunt. Obsedit igitur Susatum multis armatorum millibus (scribit Coloniensis Chronographus 80. millia in Episcopi castris fuisse) oppugnauit autem toto mense, raro intermittens Bombardarum tonitrua, sed cùm ea non terrerent ciues, apparauit Scalas, earum tanta erat multitudo & id roboris, vt vna tres aut quatuor armati in quaque ascenderent, Oppidani autem miserunt in eos lapides, deuoluebantque trabes, sed omnium erat validissimum defensionis genus, Sartaginesi n muris per interualla dispositæ in quibus pultes miscebant easque feruescentes capacibus vasis in armatos scalasque subeuntes fundebant, qui in suis armis suffocabantur: Archiepiscopus eo accepto incommodo, oppugnationem deseruit, ex eoque tempore Susatum in iure Ducis Cliuensis permanet.

Dinkelen	1.	o.*Ham*	1.	*Bockel*	1.
Dreckstenvord			1½.	o.*Munster*	1½.

Simul 6.

MONASTERIVM vulgo Münster / quibusdã putatur antiquitus dictum Mediolanum alijs Memigrode: Monasterij autem nomen inditum putant, à Monasterio, quod ibidem à principio Episcopatus est exstructum. Hodie est pulcherima & munitissima, præ reliquis vrbibus VVestphaliæ, & se varijs mercaturis & officijs ciues etiam in longinquis regionibus exercent, campis quoq; abundat Monasterium, coquiturque in ea ceruisia vulgo Zient / bona, & Hamburgensi similis. Monasterij flo-

rue-

fuerunt literæ & puritas Romanæ linguæ ante annos 60. Anabaptistæ ab ea expulsi sunt in natali S. Io. Baptistæ Anno 1535. Ioannes Leidanus ex sartorum opificio primus ipsorum Rex, ad quæcunque scelera ipsis facem præferens, Regem Israël & Syon ipsum dicebant, tandem vrbe post diuturnam obsidionem capta, Forcipibus ignitis discerptus, deinde Caueæ ferreæ inclusus, & è fastigio turris S. Lamberti suspensus est.

o.*Grevel*	1½.	*Nordvvolde*	1.	*Burgdorff*	1.
Burgstenvorde	1.	*Om*	1½.	*Schutdorp*	1.
Nyenhusen	2½.	*Vlse*	1.	*Langfelt*	1½.
o.*Crevorden*	1.	*Svvel*	2.	*Rolde*	3.
Duvelskutte	½.	*Fries*	1.	*Lelge*	1.
Horn	1.	*Helpen*	½.	o.*Groningen*	½.
				Simul	22½.

GRONINGA vulgò Gröningen / à fundatore Gruno nuncupatur. Eum alij Troianum, alij Francum Anthenoris Regis Franciæ fratrem fuisse existimant, qui domestici dissidij causa fratrem relinquens, in occidentalem Franciam deuenit, & ibidem ciuitatem hanc, suo nomine insignem ædificauit ante Saluatoris Christi natiuitatem annis 377. nullis tunc muris cincta, sed propugnaculis ligneis. Mœnibus autem, fossis ac turribus, contra hostiles insultus valde munita est Anno 1510. Ciuitas nunc est opulenta, & frequenti populo instructissima, multis abundans aquis, arte in ciuitatem per canales deductis. Habet status, leges, dominium, & iurisdictionem peculiare, cum multorum pagorum confœderatione. Hanc vrbem &

prouinciam, Embdæ Comes Georgio Saxoniæ Duci eripuit, qui ius omne suum Carolo V. Imp. cessit, vnde inter ipsum & Carolum Geldriæ Ducem, in cuius clientela erat Groninga, extiterunt bella, quæ tandem sopita sunt morte Caroli Ducis.

ITER AVGVSTA VINDEL. CORBACHIVM, OSENBRVGVM, & EMBDENAM.

Marpurgum per Herbipolim numerātur miliaria 41½. *VVerne* ¼. *Creselle* ¼. o.*VVetter* ½. *Monickhausen* 1. *VVisenfelt Rengerdehausen* 1. o.*Franckenberg* ½. o.*Corbach* 2½.

Simul 47½.

CORBACHIVM vulgo Corbach/ Comitatus VValdecensis oppidum est primarium, ante liberum fuit, sed ab Henrico Ferreo Comite VValdeccensi subiugatum. Ad Corbachium ante annos trecentos fuerunt Aurifodinæ deque auro ibi effosso, cùm igne probatur ac purum redditur minus quàm de Boemico, vllove alio cõsumi affirmatur, neque etiam hodie venæ illæ prorsus sunt exhaustæ, nam haud procul Corbachio, ex arena sæpiusculè lota Aurum abstergitur.

Marsperg alias o.*Statberge* 2. *Saltkoten* 4. *Delbrug* 2. *Gutzlovv* 2. *Hessendyck* 2. *Hiltert* 2. o.*Osenbrug* 2.

Simul 16.

OSSENBRVGVM siue OSNABRVGVM vulgo Osenbrüg/ insignis Saxoniæ ciuitas à Comitibus

bus de Engeren erigebatur. Aliqui à Iulio Cæſare hanc vrbem inceptam perhibent, vt Annales Saxonum. Carolus Magnus hic in honorem SS. Petri, Criſpini & Criſpiniani condidit Eccleſiam. Ferũt hanc à pelle bouina dictam, qua hæc vrbs fuit circundata. Hæc Franciſcus Irenicus. Duobus Canonicorum collegijs celebris eſt, multum ſibi lucro ex griſeo & lineo panno comparat. A paucis annis munitio facta eſt. Situ amœnam obtinet vallem, amneque Haſa irrigatur. Pinguem in eo coquunt ceruiſiam, Buſe vocatur, Carolus Magnus, Saxonibus triginta trium annorum ſpatio domitis, VVitekindi etiam arce huic etiam vrbi vicina expugnata, eaque impoſito præſidio firmata decem in Saxonia Epiſcopatus inſtituit, quorum præcipuum Oſnabrugenſem eſſe voluit. Summè enim hanc vrbem præ cæteris coluit, eique priuilegium nouæ ſcholæ conceſſit, in qua Græcæ & Latinæ litteræ à viris doctis traderentur.

o. *Braemſcle*	2.	o. *Quackenbrug*	3.		
FriesOchten	4.	*Baſſy*	2.	*Stickhuſen*	1.
Leer	1.	o. *Emden*	2.		

Simul 15.

EMDENA vulgo Embden/Friſiæ Oriẽtalis vrbs, Metropolitico honore conſpicua mercatoribus habitatur ditiſſimis. AEdibus & publicis & priuatis ſuperbiſſimè colitur. Portu ampliſſimo, plurimarum nauium capace, adeo ſe commendabilem reddit, vt exiſtimetur in tota Batauia, Friſia aut Belgio demum reliquo, ſimilem portus commoditatem vix inueniri, in quo ad vallum & mœnia vſq;

vrbis, tutissima nauibus statio præbetur, quo fit vt emporium nunc sit populosum, & amplissimos mercatores ex remotissimis mundi partibus, huc ad se prouocet, atque alliceat. Mira hic rerum omnium & exuberens copia videtur, non earum modo, quibus satis necessitati fieri, sed & quibus voluptatis studium concitari queat, præstat hoc ciuibus tam portus & importationum commoditas, quàm natiua Frisiæ vbertas.

ITER AVGVSTA VINDEL. FVLDAM, HIRSFELDIAM, FRITZLARIAM, VVARTBVRGVM, PADEBORNAM, & OLDENBVRGVM.

Herbipolim vsque numerantur in itinere præcedenti mill. 22.

Arnstet	3.	*Hammelburg*	3.	*Ehrtal*	½.
Brucknavv	2½.	*Eichenzell*	3.	o.*Fulda*	1.

Simul 35.

FVLDA vulgo Fulda/ quam extruxit S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus sub Constantino V. insigni ornata est monasterio, quod fundatum est sub Sturmio primo Abbate, qui anno 750. à Bonifacio ei præfectus est. Alij referunt monasterium quidem à S. Bonifacio sub Carolo Magno extructum, postea verò in ciuitatem excreuisse. Alij demum à Marquardo primo, qui fuit inter Abbates vigesimusnonus, pagum Fuldam dictum, muris cinctum, & in ciuitatem commutatum refert. Nomen sumpsisse ab amne interfluo videtur.

o.*Kem-*

o.*Kemmerzel* 1. o.*Sclicz* 1. o.*Quec* 1.
Herschfelt 3. Simul 6.

HERSFELDIA vulgo Herschfelt/ antiquitus Herolsfelt, ab Herolfo exstructa ciuitas valdè antiqua est. Templum collegiatum anno 727. ab Archipræsule Lullo miro artificio factum fuit. Territorium autem emit Bonifacius proprio ære. Donatum est à Pipino & Carolo Magno varijs priuilegijs, Caroli Magni literæ quibus continetur priuilegium ibidem adhuc asseruantur. Templum hoc anno Christi 1037. incendio absumptum fuit, postea à Meginhero & Ruthardo Abbatibus instaurstum. Gymnasium illustre anno 1569. ab Abbate Michaële ibi fundatum, ad quod contulit 40000. Thalerorum, quod à successore eius Ludouico Abbate conseruatur & Augetur. Templum mira arte exstructum est; nam tota Moles nititur 16. columnis, ex singulis integris siue solis lapidibus constructis. Sunt autem singulæ columnæ, altitudine 30. pedum.

Etzbach 1. *Homberg* 1½. *Singels* 1. o.*Fritzlar* ½. Simul 4.

FRITZLARIA vulgo Fritzlar/ insigne ac præstans Hassiæ oppidum, Ederæ fluuij propinquitate & situ admodum amœno, sicut vniuersa passim Hassia præcellit, muris cinctum est turrigeris, situm inæqualem sicut & regio ipsa, hinc inde montosa obtinet, agro est admodum lauto, fructuum & legurminum feracissimo etiam vini, cuius tamen fertilitate non est hæc regio admodum præstans.

Quamuis in ipsa Hassia Frizlaria sese conspiciendam præbeat, ad Moguntinum tamen Archiepiscopum pertinet, vnde varijs fortunæ & Bellonæ casibus frequenter exposita, maximas ab Hassiæ Landgrauijs calamitates pertulit, quemadmodum & à Saxonibus expugnata & fœda exustione deformata fuit.

Alstede	1.	o.*VVolffshage*	1.	*Eringen*	1.
o.*Volckmerich*	1.	*VVurmel*	1.	*VVartburg*	½.
				Simul	5½.

VVARTBVRGVM vulgo Wartburg/ non inelegans VVestphaliæ oppidum situ inæquali. Dimulæ aquis instructum est. Comitatus olim titulo illustre, commendatur à præstanti ceruisia, gratissimo ijs potu, qui cum paruo crumenæ dispendio, genio indulgere cupiunt.

Kleinenberg	1.	*Steinen*	1.	*Dael*	½.
o.*Paderborn*	1.			Simul	3½.

PADEBORNA vulgo Paderborn / ciuitas est VVestphaliæ Episcopalis, ad Lippiæ & Amasis fontes. Fuit Paderbornensis Ecclesia inter primas in Saxonia à Carolo Magno, qui statua sæpè eo in loco ad Padi fontem habuit inchoata.

Appelteren	1.	*Hellermont*	1½.	o.*Holte*	½.
Bileuelt ad sinistram				*Hyepen*	1½.
o.*Hervverden*	1½.	*Querman*	2.	o.*Lubbeke*	½.
Vyefelt	1.	*Lemburg*	1.	*Deylongo*	1.
o.*Leuvvoerden*	½.			o.*Diepholt*	2.
Ter Ketten	1.	*Bordonck*	1.	o.*VVilshusen*	1½.

Dut-

Dutle 1.	*Buntermolen* 1.	*VVesterburg*	1.
VVardeberg	1.	o.*Oldenburg*	1.

Simul 22½.

OLDENBVRGVM oppidum vulgo Oldenburg/ Comitatus qui se latè extendit caput est, Comitum namque Aldenbergensium ditio ad ortum ad Visurgis ripam, prouincias Stedingam, è regione Bremæ, arci Delmehorste subiectam: Stadlandiam in quinque, Butiadam in septem Parecias tributam, & huic proximè Ieueriam, Frisiæ partem, octodecim Parochijs insignem complectens: ab occasu Amerlingiam ad Amasim fluuium porrectam, in medio Morinos habet: ad Boream Frisia & Oceano: ad Meridiem diœcesi Monasteriensi terminatur.

ITER AVGVSTA VINDEL. CASSELAM, LEMGOVIAM, MINDAM, & BREMAM.

Hirschfeldiam vsque in itinere præcedenti numerantur mill. 41.

Breitenbach	1½.	*Rotenberck*	1½.	*Zur Heiden*	2.
Thur	1½.	*Schvvartzburg*	1.	*Korle*	1.
o.*Cassel*	1.			Simul	50½.

CASSELA vulgo Cassel/ præcipuarum Hassiæ ciuitatum altera, dicta quasi castellum, olim enim arcem tantum illic extitisse perhibent. Nuncupatur autem è Ptolemæo Sterrontium, Fulda, Alta, & Trasula fluminibus irrigatur, Aquis igitur instructa ciuitas, Agrum fœcundum & compascuum habet, & Arua pecoribus nutriendis idonea. In

vellerum Lanæq; venditione consistit potissimum ciuium negociatio. Lana enim Londinum transmittitur, quo Anglis (qui licet ouibus abundent, tantam Lanæ copiam, quantam ipsi consumunt, textrinis suis suppeditare nequeunt) Germani, materiam maximi lucri, & ex mercibus in Germaniam natis pecuniam colligendi, præbent dum confectum ex Germanica lana pannum, Francofurti ad Mœnum, Germani comparant.

o.Lienavv 3. *o.Brakel* 3. *Nyem* 1.
Horn 2. *o.Lemgavv* 2.
Simul 11.

LEMGOVIA vulgo Lemgow/comitatus Metropolis, cui & nomen dat oppidum, est peregregium, nitidumque, egregijsque ædificijs ornatum, ceruisia ibidem coquitur gratissimi saporis.

Vlothem 2. *Holthusum* $\frac{1}{2}$. *Hoestenberg* 1.
o.Minden $\frac{1}{2}$. Simul 4.

MINDA vulgo Minden/ vetus Saxoniæ oppidum, propitio ad negociationem situ est. Commendatur ob famosissimorum fluminum concursum. Ex Min & Dyn conflatum nomen ciuitatis Mindensis est. Cùm enim VVittekindus Primarius Saxoniæ Dux ad fidem Christi peruenisset, Carolo Magno permisit, vt in arce sua ad VVeseram fluuiũ Episcopo locum daret, amborum enim capacem esse, dixitque Episcopo, Min vnd Dyn/ mea & tua erit hæc arx, vnde Min vnd Dyn dici cœpit, nunc autem Minden dicitur.

Ober-

Obervvold	er. o.*Oechten*	2. o.*Barenburg*	2.		
Zoelingen	½. *Zuytvvolde*	½. *Baersen*	1.		
Brincken	2. o.*Bremen*	1.			

Simul 10.

BREMA vulgo Bremen/à Ptolomæo Fabiranum dicta, vrbs VVestphaliæ Episcopalis est ac elegans. Sedes Episcopalis Hamburgo huc translata, vbi olim Archiepiscopatus fuit omnium Aquiloniarum prouinciarum. Frisiæ Orientali vicina est Brema, ad VVeseram seu Visurgim fluuium posita, ex quo admirandæ altitudinis rotæ aquam ad incolarum necessitates in hanc vrbem, per canales subterraneos artificiosè trásfundit. Ligneũ habet pontem, sub quo mole frumento frangendo, & tormentario pulueri tundendo destinatæ complures, ordine hærent. Ex mercatura primarij in hac vrbe viuunt. Vino carent, ceruisiam proinde coquunt optimam, quæ in vicinas regiones defertur.

ITER AVGVSTA VINDEL. EYMBECAM, HANNOVERAM, & HAMBVRGVM.

Cassélam in itinere præcedenti vsque numerantur mill. 50½.

Sikartzhausen	1.	o.*Munden*	1.	*Hilverhusen*	
Adelhusen	1.	*Moringen*	1.	*Andal*	2.
o.*Eymbeke*	2.				

Simul 58½.

EYMBECA vulgo Eymbeke/ præclara est Ducatus Brunsuicensis ciuitas, ceruisiâ, quæ ibi sapidissima coquitur, celebris est.

M-

Immerhausen 1. o.*Alfelde* 1. o.*Grocnavv* 2. o.*Elſe* 1. *Pateſen* 2. o.*Hannover* 1.

Simul 7.

HANNOVERA vulgo Hannover/ad ripam Leinæ fluuij, è regione vetuſtæ arcis comitum à Lawenrode ſita, Henrici Leonis a t ite circa annum à ſalutifero partu 1156. arci ſubiecta fuit, eiq; quod trans fluuium ſita eſſet, aulici nomen Hannover dederunt. Quum Albertus Saxoniæ Dux, Ottoni & Agnetæ poſtremi Ducis Luneburgen. natæ filius, à ciuitate & proceribus ditionis Luneburg. de conſenſu Imp. Caroli quarti ad excutiendum Magnum torquatum vocatus, auxilio ciuium Hannouerenſium arcem expugnaſſet, facultatem diruendæ arcis & oppidum muris cingendi & legibus ſuis ſub patrocinio & tutela ipſius liberè viuendi ciuibus præbuit. Ab eo tempore intra ducentos annos, incrementa paulatim ſumens, in hanc amplitudinem, & ſplendorem, quem hodie cernimus, ſub Illuſtriſſim. Ducum Brunſuic. & Luneburg. patrocinio excreuit.

Bortfelt 2. *Langenhagen* 1. *Momhol* 1. *Schvvarns* 2. *Ruſſelen* 1. o.*Botmar* 1. VV*iſſelbourde* 2. o.*Ober Rodeburg* 1. o.*Soltavv* 1. *Reynungen* 2. VV*alterang* 1. *Lumbule* 2. *Egelzen* 2. *Harburg* 2. o.*Hamburg* 1.

Simul 22.

Aliud

Aliud iter HAMBVRGVM per EISCHEWEGAM, EIMBECAM, HILDESIAM, CELLAM, & HAMBVRGVM.

Bechausen	1.	*Langvvald*	1.	*VVestendorff*	1.
Merding	2.	o.*Dunavvert*	1.	o.*Harburg*	1.
Aletheim	1.	o.*Oeting*	2.	*Schillingfurst*	3.
Firenßperg	3.	*VVinshaim*	4.	*Landßperg*	1.
Breit	1½.	o.*Ritzing*	1.	*Volckach*	2.
o.*Schvveinfurt*	4.	*Raudingen*	1.	*Thundorff*	1.
Kißick	1.	*Fravvenrod*	2.	*Oschern*	2.
o.*Fladingen*	1.	*Hilder*	1.	*Thain* 1. *Bremich*	1.
o.*Vacha*	2.	o.*Bercka*	1½.	*VVommen*	1.
Reitnhausen			1.	o.*Eischvvege*	1½.

Simul 48.

EISCHVVEGA vulgo Eschwege/Hassiæ oppidũ colli impositum, læta agri fœcunditate gaudet, VVerrę fluuij aquis irrigatur cuius opportuno vsu Isatis herba, & ex eadem confecta tinctura, quam Thuringicum solum frequenti fœnore suppeditat, primo supra hoc oppidum lapide cymbis imposita Mindam vsque inde Visurgi aquis quæ VVerram absorbat Bremam, & per totam Oostlandiam defertur. De primo Eiswege initio nihil historiarum monumentis comprehensum inuenitur nisi quod Hungaricis bellis atque incendijs, tertiũ depastum deformatumque fuerit, extant Imp. Henrici secundi, quem Sanctum & Hungarorum Apostolum cognominant, erga hoc oppidum merita qui idipsum Hungaricis incursionibus deuastatum atque collapsum restituit, nouis ædificijs auxit &

lo-

locupletauit. Anno post orbē redemptum 1387. eo bello, quod inter Adolphum Moguntinum Archipræsulem, & Hassiæ Landgrauium acre defæuijt, ad Hassiæ gubernationem peruenit.

Allenstain	2.	*Gelichen*	1.	o.*Gottingen*	1.
o.*Northem*	.	o.*Northem*	1.	arx *Kateleburg*	$\frac{1}{2}$.
Stockum	$\frac{1}{2}$.	*Eimbeke*	1.	*Haller*	1.
Gandershaim	1.	*Budeborg*	2.	*Stuervvolde*	1.
o.*Hildesheim*	1.			Simul	14.

HILDESHEIMVM vulgo Hildeßheim/ Ascalingium Ptolemæi Irenicus perhibet. Fuit quidem Episcopatus Hildesheimensis primum in Saxonibus fundatus ac institutus à Carolo Magno, qui deuicto Saxonum Duce VVittekindo, vt religionem Christianam per totam Saxoniam plantaret, & ab infidelitate & idololatria, ad vnius & veri Dei cultum conuerteret, studuit hunc Episcopatum erigere, apud Elzum, vel aulam regiam pagum amœnissimum, in concursu Sabæ & Linij fluuiorū situm, vbi construxit Basilicam futuro Episcopatui in honorem D. Petri. Ob id Episcopatus primum, à loco Aulicensis dictus est. Translatus verò est ab Imp. Ludouico Pio, ex Aula regia, trans fluuium Linensem, in locum, quem cœlitus missa niue Hildeschne vel Hilgenschne niuem sanctum olim, nunc verò parum immutata voce Hildesheim appellamus. Ioannes Dux Saxoniæ Episcopus Hildesiæ in extremas calamitates, se & totam Diœcesin, moto aduersus Episcopū Mindensem & Duces Braunsuicēses bello cōiecit, in quo ab Imp. Carolo V. proscriptus, omnibus ferè Arcibus, oppidis & præfecturis

Diœ-

Diœcesis Hildesia, Peina, Marieberga & Sturewaldo exceptis, priuatur.

Klaim	1½.	*Alkeren*	1.	*Burgdorff*	1½.		
Bocscel	2.	o.*Cell*	1.	*Lantelhode*	2.		
VVinse	1.	*Hoff ter Heide*	1½.	*Oldendorp*	1½.		
Ristorp	1.	*Mulenbeck*	½.	arx *Patesen*	2.		
Egelzen	2.	*Harburg*	2.	o.*Hamburg*	1.		

Simul 21½.

HAMBVRGA, quam Hammonis Burgum vel Hammonopolis vulgo Hamburg / Thietmarsiæ, Holsatiæ & Stormariæ quondam Metropolis, in VVagria regione VVandaliæ sita, nunc inferioris Saxoniæ vrbs præclarissima. Becanus suspicatur hic olim celeberrimum sallamentorum & carnis porcinæ fumo duratæ emporium fuisse, atque huic omnes Saxones maritimos & insulares, & vicinos etiam populos littorales, nauibus suis, quibus mare infestum plerumque habebant, commeatum & cibaria, ad diuturnas nauigationes necessaria petiuisse, quæ, quod carne porcina infumata, quam hac vndique venalem finitimi portabant, maximè constaret, locum Hamburg nominarunt, id est, oppidum Pernarum seu Petasonum quæ vulgo Hammen dicuntur. Aquis est instructissima Hamburg / & ad mercaturam situ admodum oportuna. Mœnibus, fossis, vallis, diuitijs & incolis nihil Hamburga cultius, nihil munitius. AEdes habet eximiæ venustatis, quæ ductis per vrbem Euripis alluuntur, ex quibus ob vini inopiam, potum ceruisiam coquunt, quæ non ab Hamburgensibus tantum, sed & in alijs Saxoniæ partibus auidissimè bibi-

bibitur, adeo, vt dictu mirum sit, quanta ceruisia hæc gens se ingurgitet.

Pelling	1.	o.*Pinneberg*	1.	o.V*terſen*	1.
Eimshorn	1.	*Horſt*	1.	o.*Stenborch*	$\frac{1}{2}$.
Broeckhorſt	$\frac{1}{2}$.	*Ietzoho*	1.		

Simul 7.

IETZOHO vulgo Jetzoho/ nobile & augustum Holsatiæ oppidum, situ, loci natura, nauigatione ac proinde negociatione, quæ per Storam & Albim flumina exercentur, præstans. Stora piscoso flumine vndique cingitur.

o.VV*ilſter*	2.	o.*Brunsbuttel*	2.	o.*Merne*	1.
Barot	1.	VV*indburg*	1.	o.*Meldorp*	1.

Simul 8.

MELDORPIVM vulgo Meldorp/ Ditmarsiæ oppidum, nomen traxit à flumine Melda præterlabente, quod olim magno ciuium commodo nauigabile fuit, iam paruis tantum cimbis huc vsque institui potest. Est ibi Ecclesia magnifica, quę hoc sibi laudis sumit, quod prima totius regionis fuerit, in qua paganismo suppresso, Christiana religio annunciata fuit. Celebratur ibi singulis annis omnium religiosorum conuentus. Monasteriũ hic quondam celebre Minoritarum fuit, quos ob maiorem vitæ & regulæ libertatem & licentiam, de laxa manica, aliqui etiam Gaudentes vocant. Hoc autem Monasterium ante Dithmarsos subactos, ab incolis funditus est euersum. Ibidem etiam extat schola Ludimagistris & Pædagogis eruditis

satis

ſatis prouiſa. Iam floret Meldorpium propter iudicium, quod ibi exercetur ſingulis ſeptimanis Regis Daniæ nomine.

o. *Heiden* 2.

HEIDA vulgo Heyden / Ditmarſiæ oppidum quadratum, prout & forum eius, quod eſt peramplum, longum latumque 800. paſſus, & in ſingulis angulis vias habet amplas & regias in omnes partes Ditmarſiæ ſe extendentes. Dictum eſt hoc oppidum ab Eryca, in qua eſt conſtructum. Celebre fuit quod ſingulis ſeptimanis olim Magiſtratus illorum, nempe 48. Iudices ibi conuenire ac ius dicere ſolebant, quod ſingulis diebus Saturni totius terræ ibi nundinæ fuerunt habitæ, vt adhuc eo die celebrantur. Situm eſt hoc oppidum in medio ferè regionis, ita vt ſpatio vnius diei, vndique incolæ eo confluere poſſint, nam cùm opus fuit, tota multitudo in huius oppidi foro conuenit.

VVeſſelenburen 1. *Heſenbuttel* 1. *Hein* 1.
o. *Londen* 1. o. *Toningen* 1/2.
Simul 4 1/2.

TONINGA vulgo Toningen / oppidum præclarum in Eiderſtadia regione, quæ ob agri fertilitatem, hominum multitudinem, Eidoræque fluuij nauigabilis & piſcoſi commoditatem, præcipua & nobiliſſima ſemper habita fuit: Soli enim tanta eſt fertilitas, vt Batauorum teſtimonio ipſam Bataviam non modo exæquet, ſed etiam ſuperet; eo quod pecudes, vt boues & vaccas multo maiores

alat,quarum magnitudinem vix vllę in Europa,respondeant,vnaque vacca singulis diebus prębeat 9. Cantharos lactis,nempe libras Lubecenses 36. vnde fit, vt inter primum Maij & vltimum Septembris diem tanta Caseorum copia nauibus exportetur, vt vicies ter centena millia librarum excedat, vt ex libro rationum Libripendis videtur. Toninga ad Eideram sita noua & splendida arce, negociatorumque ob portus commoditatem frequentatione, totius regionis Emporium est celebre. AEdificia & prędia per totam regionem ex cocto latere magnifice exstructa multa visuntur.

o. *Husum* 2.

HVSVM oppidum portum habet mercatorum negociationibus celebrem, nam tractus Oceani Heuer nominatus id præterlabitur: Ita vt facilè nauigatio in Hollandiam, Zelandiam, Angliam & Scotiam instrui possit, vnde varij generis merces reportantur, quæ inde Flensburgum, quæ tantũ per 8. miliaria distat auehuntur, & sic ex Oceano Occidentali, in Orientalem transferuntur. Hoc oppidum etsi domibus & plateis, longitudine, amplitudine ac vbertate Soli, Flensburgo ciuitati vix cedat, tamen nullum habuit ius ciuitatis nec muro vallove aut fossis fuit cinctum, propterea, quòd Ditmarsi nondum essent subacti, ac metueretur, ne incolæ arrepta occasione deficerent ad Dithmarsos, vicinosque populos & insulas, ad rebellionem commouerent. Dithmarsis autem subactis, ius ciuitatis anno 1582. sunt adepti à Duce Holsatiæ Adolpho, qui ibidem arcem longè pulcherrimam ædi-

ædificauit. Est Husij poli altitudo graduum 55. minut. 40.

o. *Tunderen* 6.

TVNDERA vulgo Tunderen/oppidum est valdè elegans, Ducatus Slesvicensis, in foro fertili tam agris quàm pascuis. Frequentes nauigationes istuc institutæ celebritatem oppido conciliarunt. Effuderunt se marini fluctus, horrida tempestate commoti ad Ecclesiam oppidi primariam vsque, altitudine pedum duorum & semis Anno Christi 1532. nunc verò iactis obicibus circumquaque spacio aliquot mille iugerum, Ara illa contra iniurias efferuescentis & sæuientis Oceani occidentalis munita est. Distat Tundera Flensburgo mil. 4. Slesinga 8. Husio 6. Lundo Dithmarsorum octo.

o. *Ripen*

RIPAE vulgo Ripen/Sita est hæc Cimbricæ Daniæ vrbs in ripa Oceani loco herbido, pascuo, fertili ac salubri. Ad Septentrionem atque occasum æstiuum si pergas, loca Tesqua tantisper habebis obuia, donec miliario ab vrbe quarto, excipiat frequens syluularum copia, Ab ortu nihil delitiarum desiderari potest quod non riuulorum, agrorum, atque syluarum Tempe affatim suppeditat. Hac latè patent Regij venatus claustra, vsque dum ad mare Orientale pertingitur. Meridies amnem Nipticum vrbi secum infert. Hic Varmingensis ac Munchigardensis lacus scaturiginibus auctus,

vrbis latus meridionale vniuersum claudit, cumq; vrbs benignissime amplexa excipiens, exitum 4. locis præbet, quibus in flumen Tuedense, quod vrbis latus Boreale perfluit se exonerat, quo authore quove tempore primum condita sit hæc vrbs, in incerto relictum est. Certum tamen, hanc primam atque antiquissimam Cymbrorum, Phrindusiorum præsertim, quos Ptolomæus vocat sedem extitisse, quod & Tacitum innuisse existimatur, vbi Castrorum meminit, quorum vestigia in ripa maris, suo æuo (paulo post natum Christum) perhibet mansisse, vnde veteris famæ, ingentis gloriæ, manus gentis, ac tam magni exitus, seu exercitus eorum fidem metuendam indicat. Nomen peperit maris vicinia, eamque condendæ primum vrbi occasionem esse existimatur. Argumento esse possunt, tum ipsum emporium, olim hoc celeberrimum, tum parietine multiplices splendidissimorum ædificiorum, quæ his ipsis mutuis commerciorum tractatibus destinata, cognoscuntur. Primum à Sleswicense conditum est templum ripense rudius ab initio, sed tẽporis successu in eam creuit amplitudinẽ, vt nulli huius patriæ aut cuiusuis nationis sit inferius. Facit illud admirabile, testudo rotundior, solerti artificio, chorum vniuersum ambiens. Firmitatis maiestas, multitudine columnarum, secto de marmore affabre concinnatum elucet. Splendorẽ mirum in modum auget, præter ipsam totius ædificij molem, vna præcipuè turris, quæ partim marmoreo, partim lateritio opere, forma quadrata in altitudinem muri solius 106. vlnarum Holsaticarũ educta, conspiciendam se exhibet, procul vrbe ad

6. mil.

6.mil. Hic quorundam Regum Daniæ conditæ reliquiæ, in vicinia Lectorium Theologicum, & Bibliotheca publica, Gymnasij quoque triuialis binę ædes ampliores, quę vicinam habent curiam deputatam loci Episcopo. Is præest amplissimæ diœcesi totius Daniæ, in qua continentur Ecclesiæ 284. Hic prima apud Holsatos excudendi libros officina aperta est. Ingenia ciuium valida & acria, summum apud omnes ordines studium mundiciei, hanc ceu Deam qui non colat, publico subiacet opprobrio. Virginibus ingenita comitas simplex, ac decens quædam morum grauitas.

ITER AVGVSTA VINDEL. REINHOLDSBVRGAM, SLESWICVM, FLENSBVRGVM, HADERSLEBIAM, & COLDINGAM.

Eppendorp	1.	*Langenhorn*	1.	*Winsen*	2.
Cadem	1.	*Stelnon*	2.	*Restorp*	1.
Henstede	$\frac{1}{2}$.	*Pautze*	1.	*Westede*	1.
Kremels	1.	*Ieringste*	2.	o.*Rensborch*	1.

Simul 14$\frac{1}{2}$.

REINHOLDSBVRGA vulgo Rensburg/elegãs Holsatiæ oppidum, arce regia conspicuum, abs Rheinolde quodam fundatum, est opportuno loco situm. Eidera enim fluuius id totum circumfluit, & aliquoties cursu suo diuidit ita, vt inde nauigatio in Hispaniam, Galliam, Angliam & inferiorem Germaniam institui queat. Turris quæ hodierna die in arce conspicitur, à Gerardo Magno Comite Holsatiæ & Schawenburgæ ædificata est, cir-

ca annum Domini 1230. alter Gerhardus, Henricus & Nicolaus fratres, dederunt ciuitati aliquot pagos, ac ius municipale, vna cum insignibus, quibus hodierno die vtitur, quorum successoribus mortuis ad reges Daniæ ex Oldenburgensium Comitum familia natos, venditione cum cæteris Holsatiæ locis peruenit. Christianus tertius Daniæ rex, eam munitionem, quæ iam videtur, fieri curauit. Ioannes eius frater cui in diuisione obtigerat, arcem ibidem vetustate collapsam, ędificijs splendidis rursus exornauit. Quo mortuo absque hæredibus, cùm eius ditiones inter fratrem Adolphum & Fredericum secundum fratris filium iure feudali diuiderentur, Frederico secundo Regi Daniæ cessit.

Zorgbrug 1. *Zeroroch* $\frac{3}{4}$. *Crop* 1. o. *Gottorp* vnd *Slesvvick* $\frac{1}{4}$. Simul 2.

SLESVVICVM vulgo Sleßwyck / Cimbricæ quondam totius Metropolis amplissimum, & ex commerciorum frequentia opulentissimum oppidum, nunc pro fatali eius casu, non ea magnificentia conspiciendum, situm in ipso Isthmo Cimbricæ Chersonesi, vbi inter duo maria, Oceanum scilicet Germanicum & mare Balthicum minima est terræ intercapedo, quæ etiam iusti miliarij Germanici longitudinem non excedit. Nam flumen Threna æstu Oceani, vsque ad Hollingstedi pagum refluit, à quo Slesvvicum oppidum ad Sa-tuim sinum Balthici maris haud plus vnico miliari distat. Hoc oppidum olim Hedebui, vel vt alij volunt Heideba nuncupatum fuit, à quadam Daniæ

regina

regina Hetha: appellationis Hedebui vestigium, in occidentali littore ad Sliam etiamnum superest, Ecclesia enim, quæ vetus Hedebui nomen retinuit, Slicstorff quoque nuncupatum fuit. Moderna autem oppidi nuncupatio, ex Saxonici idiomatis proprietate originem habet: Saxonibus enim & Cimbris VVic oppidum dicitur, positum ad sinum aliquem vel maris vel fluuij. Est peropportuno ad negociationem situ, portum habens ad exercenda commercia commodissimum. Deploranda nunc erit Slesvvici facies, si ad pristinam illam magnificentiam diuini cultus & opulentissimorum commerciorum referatur. Non procul à Slesvvicensi oppido, Gottorpia arx est sita, nomen à Gothis obtinens, qui hic olim castra habuerunt, veterum Ducum Slesvvicensium sedes, nunc Adolphi ex Oldenburgensi familia I. eius nominis dominio, vna cum oppidulo subiecta est, qui arcem firmissimis propugnaculis ac muris munire, ædificijsque nouis, ac ponte lapideo ornare cœpit. Telonium hic celebre, vbi compertum fertilibus annis ex Dania 50000. boum, in Germaniam abacta, vectigal soluisse.

o. *Flensburg* 4.

FLENSBVRGVM vulgo **Flensberg** / oppidum Ducatus Slesvvicensis ad maris orientem respicientis littus, cum portu multarum nauium capace est. Originem nomenque à Flenone viro nobili fortique milite habere Annales perhibent, qui propè littus maris Baltici habitans, eo ipso in loco, vbi nunc situm est Flensburgum casas quasdam

piscatorias sibi tributarias habuit. Oppidum hoc inter montes excelsos, littori maris orientalis adjacet, in quod eius portus se extendit, tanta commoditate, profunditate & securitate, vt singuli ferè ciues ex domibus suis, naues mercibus implere, & easdem rursus exonerare possint. Amœnissimo & saluberrmo in loco ædificatum est, nec non purissimis scatet fontibus abundantiaque omnium rerum affluit, quę ad omnes necessitates pertinent. AEdes habet, magnificas & splendidè instructas. Arcem quoque satis pulchram in monte collocatam, eiusdem nominis vrbi imminentem, & omnium oculis expositam. Versus meridiem Gymnasiũ habet à Ludolpho Naaman Minorita fundatum. Sepulta est in hoc oppido VValdemari secundi regis Daniæ filia, cuius sepulchrali lapidi hęc inscripta leguntur. Sophia Marchionissa de Brandenburg filia quondam Regis VValdemari II. hic sepulta est cum prole sua.

o. *Apenrade* 4. o. *Hadersleve* 4.
Simul 8.

HADERSLEBIA vulgo Haderslebe, oppidum Slefwicensis Ducatus, à VValdemaro duce Iutiæ anno Christi 1292. ius & priuilegia ciuica cõsequitur. Arce quõdam in colle munita fuit, quam Ioannes Holsatiæ Dux, solo æquauit, & rursus non procul ab oppido, ferè in peninsula nouam ædificare cœpit, nomine ipsius Hasburga nuncupatam, vna cum Ecclesia marmore auroque ornata. Sed is morte præuentus anno salutis 1580. est. Fredericus autem secundus Rex Daniæ, eam iure successionis

ad-

adeptus perfecit. Est hic Cathedralis Ecclesia, in qua Rompoldus Dux Slesiæ, eo à Cæsare Sigismundo missus ad certas componendas lites, inter Daniæ Regem Ericum, & Holsatiæ Comites, Sleswicensis Ducatus causa, exortas, peste in hac legatione extinctus honorificè à Erico Daniæ Rege sepultus est. Habet Xenodochium in ipso oppidi ingressu, & scholam ab ipso Duce Ioanne ædificatam, & copiosis dotatam redditibus. Insuper & portum tutissimum Froniam, in Oceanum orientalem vergentem, quem fertiles in vicinia agri condecorant.

o. *Colding* 4.

COLDINGA vulgo Coldingen/Cimbricę Chersonesi vetus & amœnum oppidum, arx ac munimentum regni Daniæ, Holsatiæ conterminum, nam amnis qui præterlabitur Daniæ regnum, à Ducatu Sleswicensi disterminat. Nomen obtinere creditur à colle & syluula, ad radicem collis sita. Oppido dedere initium tabernæ piscatorum hunc locum occupantium, ad quas paulatim multa mercatorum ædificia accessere, qui propter insignem portum, & tutam nauium stationem, aliasque maris ac loci commoditates, huc confluerunt, vnde collecta tandem multitudine populi societas, vrbanis & ciuicis priuilegijs donata, excreuit. Ita Coldingensi communitati, pro fidelibus impensis seruitijs immunitates & priuilegia primum concessit VValdomarus tertius Daniæ Rex. In colle vnde oppido nomen, arx percelebris, Aquilæ Burgum nuncupata magnifico splendore se late con-

ſpiciendam exhibet. Templum vnum habet hoc oppidum quod Sereniſſimus Fridericus ſecundus, & Sophia regina oratorio priuato, eleganti Sacello anno 1575. ampliarunt. Chriſtianus Rex Noſocomion publicæ Coldingenſium vtilitati conſtruxit, cuius annuos redditus Fridericus ſecundus Danorum rex ampliores reddidit. Pons Coldingæ vnicus Regi Daniæ inſtar fodinæ metallicæ eſt, quotque enim Boum & equorum capita, præter alias merces, ex hac Cimbrica Cherſoneſo in Holſatiam ad Albim deducuntur, in hoc ponte Imperialem Thalerum perſoluunt, vnde magnum vectigal colligitur.

ITER AVGVSTA VINDEL. CHILONIVM, & EKELENFORDAM.

Hamburgum vſque numerantur mill. 83½.
Oltzeborch 4. *Braemſtede* 2. *Niemunſter* 2.
o. *Kiel* 4. Simul 95½.

CHILONIVM vulgo Kiel/ nobile Holſatiæ oppidum, ſitus & naturæ benignitate portum habet capacem, & peropportunum, in quem ex Germania, Liuonia, Dania, Suecia, magno oppidanorum quæſtu merces deferuntur, quibus eadem maris vicinitas, piſcatum etiam vberem, maximè Salmorum præbet, ex quo incolarum non pauci commodè victitant. Vetus eſt oppidum, aquis probè inſtructum & ferè vndique cinctum, appellationem à Cuneo vt germanicè ſonat obtinens. Arce decoratur conſpicua, ab Adolpho Duce nouis ædificijs exornata. Sed præcipua Chilonium celebri-

lebritate pollet perangustis nobilium comitijs, quę quotannis ibi celebri habentur frequentia circa D. Antonij festa, vbi publica priuataque negotia, & præsertim res pecuniarias, quas angustas habent, expediunt. Est & Minoritarum monasterium, iam in Xenodochium conuersum, in cuius Ecclesia Adolphus quartus, Holsatiæ & VVagriæ Comes, qui VValdemerum secundum Daniæ Regem, in Bornhofedo deuicit sepultus est, anno salutis 1261. cùm antea eiusdem instituti monachatum fuisset professus, idemque monasterium anno post natum Christum 1244. ædificasset. Est in hoc opido Parochialis Ecclesia, cui illustris ac nobilis Ranzouiorum familiæ est adiunctum Sacellum, in quo multi Ranzouij perhonorificè conditi sunt, & præcipuè Otto Ranzouius eques auratus, cum filijs, filiabus atque nepotibus, in cuius monumento insignia Gentilia ære infusa videntur.

VVolborch 1. *Lindovv* 1. o. *Ekelfort* 1. Simul 3.

EKELENFORDA vulgo Ekelenfort/ Cimbricum Holsatiæ oppidum, cui versus Septentrionem obiecta est arx Ekerenborch/quæ etsi in bellis Danicis sit diruta, eius tamen adhuc fundamenta, fossæ & vallum mediocris altitudinis restant. Constructa fuit hęc arx ad illam partem oppidi vbi merces exonerantur, ita vt nauigatio ab Arce prohiberi potuerit. Oppidum ab hac arce nomen traxit, appellatumque fuit primum Ekerenforda, vt eius insignia testantur. Nam in his Sciurus pin-

pingitur, ex vna turri in alteram saltans, nunc verò vocatur Ekelenforda. Est ita sita in peninsula maris Orientalis, vt eo prope ad centum passus vsque circundetur, quocirca habet portum satis opportunum tutumque, ex quo facilis est nauigatio in Daniam, Norwegiam, Sueciam, Russiam, Prussiam, Liuoniam & Pomeraniam. Duas tantum habet portas, per vnam ingrediuntur Gottorpio & Chilonio venientes, per alterum eundum est ijs supra longum pontem ligneum, centum ferè passus continētem; qui iter habituri sunt versus Gottorpiam, Missundium, & Angliam minorem. Non procul ab hoc ponte videtur Mons excelsus occidentem versus, cum vallo & fossa, in hoc olim arx stetit, locus flumine penè cinctus est, vetus quidem est oppidũ Ekelenforda, sed à quo extructum, & à quo priuilegijs ornatum, ignoratur. Vtitur iure municipali Slesvvicensis ciuitatis. Iuxta hoc oppidum capiuntur omnis generis pisces marini, vtpote Asellus, rhombus, halec &c. Anno 1580. captus est hic piscis immanis, cuius longitudo 13. vlnarum fuit, latitudo minus octaua eius parte, lingua eius obtinuit pondus 308. librarum, cor 80. Ex hepate repletæ sunt 2. Tonnę cum dimidia, crassities eius fuit 6. vlnarum. Multi in illo nobiles, ædificia habens, nimirum Ranzouij, Alfeldij, Seheftedij, Pogowischij, Meinstorpij, & Tynij. Ante oppidum iacet Nosocomium ab Alefeldio quodam pulcro sacello & domunculis lapideis ornatum. Sunt in hoc oppido omnes res medioeri precio venales: Ceruisia in illo coquitur tenuis quidem, sed ad purgandum idonea, quæ & in Dania & Ducatibus

Slef-

Sleswigæ, Hollatiçque diuenditur, vocaturque Cacabilla aut Cacabella. Oppidulum hoc mari salso licet clausum sit, limpidos frigidosque tamen fontes habet in plateis, ex quibus cereuisia coquitur. Ex maiori itaq; parte oppidi incolæ 6. ex coctione ceruisiæ & nauigatione vtuntur.

ITER AVGVSTA VINDEL. SEGEBERGAM, & PLONAM.

Hamburgum vsque numerantur in itinere præcedenti mill. 83½.

Ter Koemoelen	½.	*Braemfelde*			½.
Berchstede	2.	*Sultvelt*	1.	*Borstel*	1.
Letzing	1.	o. *Segeberg*			1.

Simul 90½.

SEGEBERGA vulgo Segeberg/ arx in monte est, tam antiquitate quàm primo fundatore illustris, ad eius radices oppidum est. Arx antiquitus Aelberch/ nunc Sigeburgum nuncupatur, Lotharij eius nominis secundi Augusti opera inclarescere cœpit: is enim VVagriam, Slauorum Cymbricæ Chersonesi regionem Canuto Sleswicensium Duci, in feudum concessit, eumque VVandalorum & Obetritorum regem creauit. Canutus in regia Lotharij Imp. aula enutritus, & iam Obotritorum rex appellatus, peropportuna situs commoditate illectus, tumultuario opere, montem Aelberg/ in quo postmodum Sigeberga arx erecta munire cœpit. Donatum fuit iure municipali ac ciuitatis, nec non titulo & insignibus anno 1260. à Ioanne & Gerhardo fratribus Comitibus Hollatiæ, Stormariæ,

riæ, VVagriæ & Schawenburgensium, qui incolis quoque agros, pascua & piscationes concesserunt. Sita est Segeberga, sub eleuatione poli grad. 54. minus. 30. minut.

Bornhovet 1½. o. *Ploen* 1½.
Simul 3.

PLONA vulgo Ploen/oppidum est Holsatiæ, loco aliquanto æditiore, syluis amœnis, & auium modulatione canoris, multisque prædijs, pagis & arcibus, itidemque lacubus ac stagnis irriguis ac piscosis circundatum, inter quæ duo sunt maiora ac capaciora reliquis, alterum Austro obiectum maius, alterum Septentrioni minus: Quo autem tempore, & à quo conditum sit, ex historijs non constat. Oppido arx, colli superimposita immi-net, situ ac natura loci, vt peramœna, ita vt prisci temporis conditione satis munita, Regum quondam VVagrorum, qui VVandali fuerunt sedes ac nefaria Buthonis principis VVagrorum cæde celebris. Stagnum maius quod oppidum & arcem, qua parte Austrum spectat, alluit duo milliaria in lõgitudine, vnum in latitudine habet. Diuersis piscium generibus abundat, inter quæ magnitudine & copia Anguillæ excellunt, & receptaculis quinque, quæ vernacula sua incolæ Aelkesten nuncupant capiuntur, quorum vnum ad Ranzouianam familiam spectat. Huic Stagno, quædam arces & nobilium prædia adiacent, nempe Ascheberga, Arx Nicolai de VVisch, prædium Nempten, Blomijs subiectum, Pehmen ijsdem cedens. Nec procul inde distat arx Ranzow, Henrici Ranzouij Producis Cim-

Cimbrici dominio subiecta, eiusque impensis de integro, priscis ædificijs dirutis, splendidè ac sumptuosè ædificata, pomarijs & hortis amœnissimis, Italico more, ac cultu constructis, eleganter ornata. Ad stagnum minus duo sunt prædia, quæ ad Alefeldios pertinent, Train & VVitmold. Ex his autem stagnis originem ducit fluuius Suentina, qui prope Chilonium in mare Balthicum illabitur.

ITER AVGVSTA VINDEL. NVRBERGAM, BAMBERGAM, COBVRGVM, GOTHAM, GOSLARIAM, & BRVNSWICVM.

Oberhausen	1.	*Langvvald*	1.	*VVestendorff*	1.
Merding	2.	o.*Dunavvert*	1.	*Kaishaim*	1.
Buchdorff	½.	o.*Monhaim*	½.	o.*Pappenhaim*	1.
o.*VVeissenburg*	1½.	*Oelling*	½.	*Pleinfelt*	½.
Gmundt	1.	*Ritterspach*	1.	*Schvvabach* ..	1½.
Eibach		1.	o.*Nurnberg*		1.
				Simul	18.

NORIMBERGA vulgo Nurnberg / vrbs tota Germania & Europa celeberrima, Emporiumque amplissimum, obscuris initijs æquitate legum, & recta Reipub. constitutione in tantam successionem temporum amplitudinem excreuit: cùm enim Hunni latissima populatione vastarent Europam, & ab ijsdem Barbaris premerentur Norici, incolarum præcipuæ quædam familiæ in herciniam syluam velut in latebras profugisse, & vbi Pegnesus & Regnesus amnes confluunt, oppor-

portuno loco sedem fixisse, atque in collo vicino natura loci firmo; & ab incursionibus tuto, rudi opere, castellum muniuisse, tradunt Noricorum Annales: Auctam deinde multitudinem esse; ex vicinis Agricolis, ac Herciniæ syluæ pastoribus: atque ex diuersorum morum ac artium colluuio; non diu post in oppidi magnitudinem excreuisse locum. Sed cum fera gens sine duce, sine legibus viuens, rapinis ac latrocinijs dedita, diu infestas redderet vicinas prouincias; visum fuit Imperatoribus Germanis, veteranorum coloniam eo deducere, & castrum præsidio munire, latrocinia compescere, & inquilinis leges viuendi præscibere, Henricum Bauarum ciuitatis formam constituisse primum, templo S. Egidij ornasse, iura dedisse, atque castrum ampliore muro cinxisse, quidam tradidere. Conradum secundum Imperio coniunxisse liberámque declarasse. Popularem Reipub. gubernationem ab initio fuisse perhibent. Vna tantum ciuili discordia atque seditione Caroli quarti tempore in Aristocratiam esse mutatam, eiusdemque tunc auspicijs rerum gubernacula, in potestatem patritiorum peruenisse, & eosdem hactenus tam æquo iure temperasse Rempubl. vt vix vlla memorabilis secessio aut perniciosa discordia, in tanta plebeiorum hominum multitudine ac gentium diuersitate suborta sit. In vrbe tres ordines sunt, patrum, mercatorum & operariorum siue plebis. Familiæ veteres & honoratiores 28. ex quibus semper Senatus corpus siue patrum collegium suppletur: idemque constat sex & viginti viris: ex his 13. magistri ciuium appellantur, & de Republ. simul

con-

consultant. Alij 13. populari lingua Scabini dicuntur, & fastis ferè diebus iurisdictionem inter ciues exercent, assidentibus semper stipendiarijs Iurisconsultis tribus. Leges auitæ sic volunt, ne quis professione iurisperitus aut titulo Doctor ad Senatum aut reipub. gubernacula admittatur. Ex bifariam sic diuiso collegio consules vtrinq; singulis mensibus renouantur, vt vnus semper ex vnaquaq; parte semel in anno per mensem integrum Lunarem, cum insignibus summi magistratus prodeat, atque illa per lunationes tredecim, cum annua Solis conuersione in orbem redeant. Viri quinque ex eodem ordine crimina inquirunt, dijudicant, & noxios puniunt. Prætor suburbanis rusticis ac paganis reipub. subiectis ius dicit. Quæstores etiam ærarij ex eodem ordine duo annuatim creantur, senio, fide, atque probitate conspicui, qui vectigalium ac redituum totius ciuitatis curam gerunt, pecunias publicas recipiunt, ac dispensant. Dicti omnes magistratus cæterique alicuius potestatis, ex Senatu & patriciorum ordine constituuntur. Ducenti duntaxat ex tribus ordinibus, ac tota ciuitate quotannis nominati, semel in anno, & vbi res arduæ postulant, à magistratibus conuocati coeunt, & in commune consultant. Mercatorum ordo, licet amplissimus, à publicis oneribus liber est, ac immunitatibus multis gaudet; ideoque opes, negociationibus varijs, ex Europa non solum, sed etiam ex extremis orbis terrarum regionibus ac insulis, eò, velut in horreum congeruntur. Operarum atque artificum, qui postremus & plebeius est ordo, nulla admittuntur in vrbe conuenticula, vel

conciliabula publica aut priuata, non epulæ solennes aut conuiuia festiua multorum, nisi religionis aut exequiarum causa. Paci enim pubicæ id perniciosum arbitrantur, eo quod sæpius compertum est, factiones seditionesque periculosas pullulare ex similibus plebeiorum congressibus dum ebrij inter se de repub. disputant, easdemque multis vrbibus libertatem ademisse calamitates ingentes attulisse. Quod si quæ inter plebeios simultas aut dissensio fuerit exorta, non ad artium decanos, aut operariorum primarios ea defertur sed ad ipsum Senatum, qui confestim duos arbitros legit, qui rem cognoscunt, & priuato colloquio pacem & concordiam tentant, quæ si conciliari nequit, controuersia ad Senatum euocatur, ibidemque partibus, causa dijudicata, non sine graui mulcta silentium imponitur. Magna seueritate, pugnæ, rixæ, iniuriæ & vis priuatis illatæ, publicæ quietis conseruandæ causa compescuntur; ita vt in quinqvirali iudicio, Minoa & Rhadamantum suas vrnas assiduè mouere quis diceret: idipsum in officio plebem, quàm maximè continet. A maioribus traditum est Fridericum tertium Imper. ex Italia Norimbergam redeuntè, ingētis obuiam vbiq; effusæ plebis admiratione motum, interrogasse quendam è Senatu, sibi proximè adequitantem, quanam arte vel industria tantam multitudinem à seditione vel tumultu continere possint; respondisse facetè Senatorem: verbis & verberibus, atque ita breuiter insinuasse, bonos & ingenuos ciues facilè verbis ac rationib⁹ duci posse, prauos ac seruiles mulctis atq; pœnis grauibus cōpesci deberi. Ædes sacræ,

træ, religione, ornamentis, aut vetustate augustiores sunt D. Petri, sepultura S. Sebaldi celebres, qui primus eius regionis incolas ad fidem Christianam vitæ sanctitate pellexit, post Caroli Magni tempora: S. Laurentij Basilica amplissima est. Granaria publica tecto & spatio murisque perampla, granis varij generis, plena & onusta sunt, in quibus etiam frumenta quædam 150. annorum asseruari ferunt. Ostenditur ibi aceruus, nuda adipe granorum fatiscente sine folliculis, ex quo quondam Maximiliano I. Cæsari petenti panis est pistus. Armamentaria ingenti apparatu machinarum & tormentorum instructa sunt: Tubi ænei stupendæ magnitudinis, ferratis rotis impositi, ad turres & mœnia diruenda hic visuntur; Porticus infinita multitudine hastilium & telorum instructa sunt. Vrbis ambitus octo milium spatio patet, quadrato ex lapide secto, structæ admodum ambitiosè sunt portæ; mœnia duplicia lataque, propugnacula spaciosa, multæ turres vrbis sunt, è quibus spectatoribus maximè placent æquis mille quingentorum circiter passuum interuallo disposita in interiori pomerio, exurgentes in altum turres, supra muros & tecta forma rotunda & magnæ spissitudinis, intus machinis bellicis; æneisque Tormentis armatæ, quæ tanquam speculæ, foris, valles & colles, omnemq; vicinam regionem detegunt, ne quid hostium alicubi in latebris delitescat, quod non ferreis tormentorum globis, procul arceri possit. In vrbe quidem fora plateæque præcipuè aperiuntur, ad hostiles concursus, atq; ciuiles tumultus repentè ex his disturbados. Ad castrum Cæsareum per scalas è petra

excisas ascenditur, visunturque ibidem Cæsarum aliquot & Regum Romanorum domicilia, Palatinæ ædes, cænationes laqueatæ, amplitudine patentes, & ornatu locupletes; Frederici Cæsaris horti pensiles, pilis lapideis impositi: Sacellum Cæsareum in arce, picturis artificiosis & diuorum imaginibus augustum; puteus in vertice collis excisus è saxis, tantæ profunditatis, vt aqua visum fallat, cuius tamen aqua Rotis machinarijs, miro ingenio factis, magna facilitate extrahitur. Insignis est domus frumentaria & propugnaculum in arce veteri, & specula regionum in summo colle; turris vastæ molis & altissima, Sigismundi Imp. consensu, eo loci intra menstruum tempus, summa festinatione, & infinitarum manuum magna celebritate properantium labore suscitata, quæ ingentem cæli terræque tractum visum extendit. Ad radices collis occurrunt magnificæ & regiæ domus, diuersoriaque spaciosæ, quæ Cæsaris familiam & amicos magnificæ excipere possunt. Domus Senatoria tantæ amplitudinis & magnificentiæ est vt in ea, sæpe totius Germaniæ Principum ac legatorum comitia, & conuentus Imperatorijs auspicijs conuocati habeantur; solennes alioquin ciuium nuptiæ chorearum spectacula publica, magna cum hominum frequentia celebrentur. Ibidem ostenditur diues & munda suppellex, Aulea, Sedilia, Mensæ & sculpturæ insignes, tabulæ preciosæ, historiarum varia & rara pictura: Caroli Magni ac veterum Principũ imagines ad viuum effigiatæ, aliaque multa visu dignissima.

Puch

Puch	1.	*Tenenloe*	1.	*Etlang*	1.
Paierſdorff	1.	o.*Forchaim*	1.	*VVenſes*	1.
Hirshaid	1.	o.*Bamberg*	2.		
				Simul	9.

BAMBERGA vulgo Bamberg / ſita ad fluuium Regnitz, primum vocata fuit Babenberg / hoc eſt, mons Babæ, à Baba Ottonis Ducis Saxoniæ filia, atque vxore Comitis Babenbergen. Alij ciuitatem hanc vocant Pauonum montem Pfawenberg. Anno 1007. per mortem Rheinhardi vltimi Comitis acceſſit Imperio, poſtea ad inſtantiam vxoris Henrici primi Imp. facta eſt Epiſcopalis.

Ritteldorff	2.	*Kaltenbrun*	2.	o.*Coburg*	2.
Aichfelt	2.	o*Scleuſing*	1½.	*Marsfelt*	1.
Melles	1.	*Sala*	1.	*Krawvinckel*	1.
Hochlinden	1.	*Vlleben*	1.	o.*Gotha*	½.
				Simul	16.

GOTHA perantiquum Thuringiæ oppidum eſt: Eius prima fundamenta, à Gothis poſita eſſe, nomen ipſum videtur innuere. Sub Saxoniæ & Vinariæ Ducibus caſtro muniti ſſimo cœpit incla reſcere, nunc ob ortam in Germania ſeditionem Grumbachianam, omnino diruta iacet arx Grimmenſtein.

Langenſaltz	2.	o*Thomasbruck*	1.	*Sclothaim*	1.
Volkeroda	1.	*VVeiſſroda*	1½.	*Rhunſpring*	1½.
Grupenhagen	1½.	o.*Oſterode*	2.	o.*Gyttelde*	1.
o *VVildeman*	1.	*Hulff Gottes*	1.	o.*Goslar*	1.
				Simul	15½.

GOSLARIA vulgo Goßlar / vrbs est in Hercynia, quam Henricus Auceps ad Gosam fluuium primus condidit. Apud eam sunt fodinæ metallicæ.

o.*Witteberg* 1½. *Flascochum* 1½. *Geveringe* 1½. *Bleckende* 1. *Girtilde* 1. o.*Braunschvveig* 1.

Simul 7½.

ITER AVGVSTA VINDEL. ERFORDIAM, QVEDELNBVRGAM, & HALBERSTADIVM.

Coburgum vsque numerantur in itinere præcedenti mil. 33.
Engelstain 3. *Neusdorff* 1. *Zun Fravven* 1.
Transi syluam vulgo dictam Thüringer Waldt.
o.*Ilmenavv* 2. *Plavv* ½. o.*Arnstet* 1½.
VValtersleben 1. o.*Erffurt* 1.

Simul 44.

ERFVRDIA vulgo Erfurt/ à priscis Erphesfurt appellata est, molitore quodam Erpf/& transitu, quem Furt Germani denominant. Eam Gera fluuius illabitur & mediam fermè præterfluit, cuius commoditate tota purgatur. Amplissima est vrbs anno sexagesimo sexto supra millesimum, muris cincta, turribus & propugnaculis munita. Ab Henrico tertio Aug. multis est labefactata incommodis, ob importunam decimarum exactionem, à qua Erfurdia immunis semper ac libera fuerat. Itaque exorto Saxonico bello, auitam libertatem ferro armisque defendere, quàm insolito decimarum iugo, ceruices submittere maluit, idque tan-

tanto animorum ardore, vt & vitæ & fortunis Augusti extremum immineret periculum. Opimo Erfordia gaudet agro, & Sandicis herbæ, fullonum opificio pernecessariæ feracissimo. Pecorum pascuis etiam abundat. In ea ciuitate videre est insignem maximamque Campanam, cui similis in tota Germania non est.

Ringleben	2.	*Clingen*	2.	*Hadelbich*	1½.
o.*Berga*	1½.	o.*Stolberg*	2.	o.*Guntersberg*	1.
ab.*Germerode*			2.	o.*Quedelnburg*	1.

Simul 13.

QVEDELNBVRGA vulgo Quedelnburg / vrbs est antiqua primorum Saxoniæ Principum decus, ab Imperatore Henrico Aucupe constructa vna cum domicellarum collegio, cui primam Abbatissam filiam suam Machtildim præfecit. Olim concinna antiquitate, dignitate & opibus præstãs, sed Abbatissæ mandatis parere recusans, ab Ernesto Saxoniæ Duce grauiter, afflictum fuit. Filius autem eius Archiepiscopatus Magdeburgensis, vi occupatum diripuit, & in extremam seruitutem redegit, & sine vlla exceptione deinceps obtempérare coegit, priuauitque Rolandi statua, quam pro libertatis indicio, ab antiquo habuerat.

Langenstain	1.	o.*Halberstat*	1.

Simul 2.

Aliud iter HALBERSTADIVM per MANSFELDIAM, indeque HALBERSTADIVM, indeque BRAVNSCWICVM, LVNEBVRGVM, & LVBECAM.

Erfordiam vsque numerantur mill. 44.
VVeissensehe 1½. *Kindelbruck* 1½. *Sachsenburg* 1.
Rincleben 1. o.*Sangerhausen* 1½. *Gonna* ½.
Auroda ½. *Sebickerode* ½. o.*Mansfelt* ½.
Simul 53½.

MANSFELDIA vulgo Manßfelt/regionis caput, ad VVipperum amnem sita, dicta existimatur à Manno Tuisconis filio, quasi Manni campus.

o.*Arnstein* 1. o.*Ermsleben* 2. *Hoym* 1.
Freudenleben 1. o.*Halberstat* 2.
Simul 7.

HALBERSTADIVM vulgo Halberstat/ insignis Saxoniæ vrbs Oltemia fluuio perluitur: In huius vrbis medio tumulus ac collis extollitur, is duorum stadiorum habet lôgitudinem, ac in summo vertice latam amplamque planiciem, in qua bina ædificata templa sunt, cùm ædificijs splendidissimis Canonicorum; In monte sita, ciuitas seu vrbs dicuntur, quę ad montis pedem sunt, suburbia vocantur. Situ admodum opportuno est Halberstadium cùm præter aquarum commoditatem, agrorum etiam non sit ei denegata vbertas, quæ quidem tanta deprædicatur ab omnibus, vt segetum culmos equitem transcendere ferant.

Schvvanec 2. *Slanstede* 1. o.*Scepstede* 1.
Brakel 1½. o.*Botmar* ½. o.*Braunschvveig* 1½.
Simul 8½.

BRVN-

BRVNSVVICVM vel BRVNSHIGA, item BRVNOPOLIS vulgo Braunschweig/ ciuitas, cœpta extrui a filijs Ludolphi Ducis Brunschwicensis Imperatoris Henrici Aucupis patruis, Arce & oppido ad Ocram primum condito anno Christi 860. Brunoni cum fratre Tancquardo & multis comitibus ac Episcopis à Normannis prope Eberstorff/ virginum hoc tempore cœnobium, cœso, tertius frater Otto Magnus successit, cuius filius Henricus Auceps Imp, veteri oppido, nouam ciuitatem addidit. Henricus Leo postea ædificijs & priuilegijs ornandæ ciuitatis studiosissimus Hagam adiecit. Otto quartus Imp. vicum veterem, quibus in area arci vicina, ædificijs paulatim occupata, pars vrbis, Sacus vocata, accessit. Ante Henrici Leonis ætatem sub Ottonibus, Impp. & Marchionibus Saxoniæ partim ab Ottonis primi filio Ludolpho, partim ab Ottonis fratre Henrico Bauariç Duce (qui anno Christi 955. obijt) propagatis Brunsuiga minus adhuc nota & celebris, sensim adoleuit. Cùm Friderici Ducis Brunsuicensis (ab Henrico Comite VVuldeccensi, in via publica ad Frisläriam Archiepiscopi Moguntini oppidum) interfecti fratres Bernardus & Henricus moto aduersus VValdeccensem & Moguntinum bello, vindicare sedem Friderici iniustam conantes, magnis se difficultatibus ac ære alieno implicant, ex ijs suæ ciuitatis Brunſ. benignitate ac fide liberati, vicissim veterem vicum & Sacum, duas ciuitatis partes Principum iurisdictioni adhuc subiectas, & Monetam in vrbe & arcem ac præfecturam Asselbergensem amplissimam Senatui possidendam

tradiderunt, ab eo tempore, plenam in tota vrbe iurisdictionem & antonomiam & immunitatē ab omni censu vel impositionibus ex vrbe Principi soluendis, ciuitas adepta, huc vsque conseruatam defendit. Brunsuicum hodie populi habitatorumque frequentia, ædificiorum splendore ac magnificētia ornatissima quadrata forma, turribus ac mœnibus insigniter munita est. Territorium ei⁹ planū est: Vrbs ipsa duplici, ac nōnullis partibus triplici etiam fossa circumdatur, eæ aquis plenæ, vallis aggeribusque distinctæ sunt. Brunswicum vrbs, Noriberga maior, Erfordia minor est. Non habet aquam potabilem, sed communiter cereuisiam bibunt, vini vsus carior ac rarior est. Quinque hic fora, quinque prætoria, & totidem Magistratus.

o. *Gisborn*	3.	*Knesecum*	2.	*Salste*	1.
Hamstede			½.	o. *Vltzen*	2.
Bergervvolde	1½.	o. *Luneburg*	2.	Simul	13.

LVNEBVRGVM vulgo Luneburg/ quod nomen à Luna & castro, vel à flumine Elmena desumpsit, præclara Saxoniæ vrbs est; quia Salinis vberrimis præstat, Salmeburg/ quibusdam non ineptè dicitur. Salinarum prima origo fuit non procul à monte Calcario inuenta, olim à puteo inclusa, deinde viri fortes, qui aquam diu noctuque exhaurirent, deputati, atque ex æquo diuitibus & pauperibus distributa, neque hic, in hunc vsque diem est vlla vetustatis facta immutatio. Durat adhuc antiqua columna; quæ sustinet trabem, cum magna adhæret vrna, aquam è profundo educens. Canales seu fistulæ per quas Salis aqua deriuatur, pulchra ordine distribuuntur, sunt autem numero

50. ad singulorum casas, habetque vnaquæque casa 4. Sartagines ex plumbo factas, quadrilateras, duabus vlnis latas, & transuersa manu profundas, quæ vsu detritæ, renouantur absque vlla liquefactione. Duabus autem horis Sal coctum & ex sartagine sublatum, in varias illius terræ, & longius dissitarum regionum partes, deportatur. Multis ante Henrici Leonis tempora, annis arx & oppidum fuit; in cuius monte monasterium, primus S. Suibertus, Episcopus Verdensis fundasse putatur, quod Otto Magnus Saxoniæ Dux, postea instaurauit, cui decimas ex Salinis Otto primus Imp. attribuit, qui Hermanum Bilingam Saxoniæ Ducem, Luneburgi collocauit. Postea ex ruinis vicinæ vrbis Barderwici, ab Henrico Leone euersæ, & fontibus Salis copiosius erumpentibus creuit & amplificatum est Luneburgum.

Nider VVitteberg 3. Lynqvv 3. Stuppendorff $1\frac{1}{2}$.
o. Lubeck $2\frac{1}{2}$. Simul 10.

LVBECA vulgo Lübeck / exiguum olim oppidum ad Suartæ & Drauę confluentem veterum VVagriæ dominorum gentis Henetæ sedes, deinde aliquanto superiore fluminis parte, inter VVakenissam & Drauam, in colle ab Adolpho Comite, sub Conrado tertio Imp. extrui cœpta, & varijs fortunæ & Dominorum vicibus ab initio vsa. Adolpho enim Comiti Holsatiæ, potentissimus Saxoniæ & Bauariæ Dux Henricus Leo eam extorsit, qui Episcopi Aldeburgensis sedem, Lubecam transtulit circa annum 1162. Proscripto autem Henrico Leone, Imperij vrbs ab Friderico Barbarossa Imp. facta: arcem Comitum Holsatiæ ad Drauam, & ve-

& vectigalium immunitatem ac fluminis vsum liberum ab Adolpho tertio Comite Holsatiæ redemit. Deinde in Henrici Leonis ex Anglia reuersi potestatem redijt, cui Adolphus tertius ex Asia redux eam vicissim eripit. Quo denuo per Danos ex Holsatia eiecto, in Canuti Danorum regis ditionem Lubeca peruenit, cuius præfecti cùm insolentius imperarent, arte & vi Danis eiectis, Lubecenses sociorum principum Alberti primi Saxonis, & Adolphi quarti Holsatiæ comitis auxilijs, Danos memorabili prælio ad Bornchoved die Iulij 22. anni 1227. profligant, atque ita Friderici secundi authoritate, & sua inprimis virtute, fortitudine ac fœlicitate integram libertatem adepti sunt. Rursus autem incendio absumpta, deinceps præsenti platearum ordine & splendore paulatim instaurata est. Circa annum 1300. in primis florere opibus, & potentia vicinæ littori Balthici vrbes Lubeca, VVismaria, Rostochium, Sundium & cæteræ, & & fœdere inter se iungi, ad mutuam defensionem aduersus latrocinia, & alias vicinorum principum iniurias cœperunt. Ab eo tempore, cùm emporium maris Baltici, quod orientale Saxones nominant, præcipuum esset, in quod omnium huius orbis Arctoi gentium merces conuehebantur, ac inde Lubecensium nauibus in reliquam Europam distribuebantur. Lubeca opibus, potentia, ædificiorum splendore & alijs ornamentis aucta & amplificata est. Nondum enim Hollandi, Galli, Angli, & aliæ exteræ gentes Balthicum mare nauigare, & negociationes alio auertere, quod patrum nostrorum memoria fieri cœpit; sed Lubecam omnia

nia primum deportari solebant. Situ & opere firmissima est Lubeca, propugnaculis validis munita, quę palis ac tignis, in aquam fistucationibus immissis peringentem sustinent molem. Binæ sunt ciuitatis plateæ, longis extensæ spatijs, quas reliquæ cruciatim intersecant & cliuoso descensu ad Trauennam & Vacenissam exiliter deprimuntur, vnde grata vicorum mundicies, nam sordes in flumina transmittuntur, mirifico nitore conspicua sunt templa, præcelsis ornata turribus, quæ Cupro & plumbo tecta, apicibus aureis nitent. Summa artificij industria, ex flumine aqua, vi molæ in altam transfunditur turrim, quæ per occultos terræ meatus latentesque Syphones ad ciuium ædes, eo modo delabitur, vt huius rei ignarus, nuturalibus fontibus Lubecam abundare existimet, incredibilem huius Reipub. potentiam arguit, quod vna cum Daniæ rege, non alieno, sed sui ærarij præsidio, contra potentem Sueciæ regem, priuilegiorum causa, in octennium terra marique sociale bellum sustinuerit.

o. *Niestat* 4. *Oldenborch* 3. *Hilighove* 2.
Simul 9.

Ex Hilgenhaue nauigatur in Fionicam insulam, in cuius meditullio est Odensch.

OTTONIVM, vulgo Odensch, Fioniæ, insularũ Danię regni amœnissimæ fertilissimæq;, Metropolis, Episcopatus dignitate præfulget, octo ciuitatum Fioniæ maxima, interioribus tam publicis quàm priuatis ædificijs ornatior, propugnaculorum

lorum ac mœniorum ambitu munita, vt quæ Bellonæ furijs sæpius agitata & deformata fuerit. Sita est loco amœnissimo & fertilissimo, pratis, agris, & piscosis riuis abundanter cincta, vnde non exigua commoditas ciuium opibus(quæ vt plurimum mercimonijs quæruntur)accedit. Splendidis insuper ædificijs & insignioribus est exornata Ecclesijs, inter quas præcipua est D. Canuti Daniæ Regis Basilica. Ibidem in tumba paterna conditus est Christiernus secundus, quondam Rex Daniæ Norwegiæ & Sueciæ, regnisque his propter fæuitiam ac crudelitatem, quam exercuit in omnis generis homines tam Ecclesiasticos, quàm politicos expulsus, deinde in Norwegia à Legatis Friderici primi Daniæ Regis patrui captus, & in custodia Calenburgica mortuus anno Christi 1559. ex animi mœrore, in quem ob Christiani tertij Regis Daniæ patruelis sui obitum, qui 24. dies ipsum præcesserat, inciderat, metuens ne illo mortuo, ipse quoque necaretur. Vixerat annos 77. & aliquot menses. Habuit vxorem Elisabetam, Philippi primi Regis Hispaniæ filiam, Impp. Caroli V. & Ferdinandi sororem.

ITER AVGVSTA VINDEL. HAFNIAM.

Hilgehave in præcedenti itinere numerantur miliaria 103.
Transmitte mare, nauigaq; Rotbij in Lavvlandia 9.
0. Ruken 4. *Nobis Krug* 2. *nauiga vsque*
0. VVarborch in Zelandia 3.

Simul 121.

Aliud

Aliud iter à ROTBII VVARTBVRGVM, indeque HAFFNIAM.

Mariaby 1.	*Seskoping* 2.	*Goldburger fehre*	1.
Gabenes 1.	o.*VVarborch*	*Prestoc*	4.
VVindbeholt	2.	*Fegoe*	2.
Koge	3.	o.*Kopenhagen*	4.
		Simul	20.

HAFNIA vulgo Kopenhaven / Daniæ Metropolis vrbs in Zelandia maritima in planitie sita, ob ortu Brumali, ad meridiem, vsque ad occasum brumalem vbique mari alluitur, adiacente ad meridiem insula Amag, quæ portum incredibili commoditate celebrem præbet. Excurrit enim ad orientem in Balthicum mare ad stadia 4. vadosis, & perpetuis arenis, impetum maris sæpe vehementissimum retundens, quo fit, vt inter dictam insulam Amag, & agrum Haffniensem orientalem, ad quingentos passus tuta cocedatur statio nauibus. Admirabilis & hic conspicitur naturæ prouidentia, quæ particulares quasdam stationes ab initio regijs nauibus, regnique custodibus fidissimas designauit, ad ipsum littus, ne longius in mare excurrendum toties esset nautis. Estque spectaculum hoc planè insolens, turribus & ædificijs contiguas videre naues, vastissimis molibus, maximis cum domibus decertantes. Raræ sunt tales stationes, & in omnibus totius Europæ partibus non facilè inueniantur. Longitudo insulę est vnius miliarij & dimidij versus meridiem, latitudo 6. interdū 4. stadiorum. Fertilissima est (vt & omnes maris Balthici) perenne promptuarium Hafniēsibus datum.

Ab

Ab Hollandis frequenter excolitur, quos mediocri proposita libertate, euocauit Christianus secũdus. Hi strenuissimè agriculturæ operam nauantes, documento fuerunt Danis, maiores vsuras ex Solo ipsorum peti posse, improbus si accedat labor. Distat qua proximè ciuitatem respicit 45. passib. insula paruula intercedente, in qua arx plane regia & antiqua visitur, iungiturque insula hæc ciuitati duobus pontibus ita constructis, vt nauibus ingressum, egressumque concedere possint. Visuntur in hac quoque insula Armamentarium regium, & Quæsturæ domus: inter has insulas alternante fluxu refluxuque, quamuis incerto à tempestatibus ab occasu brumali flantibus excitato, custoditur Portus, & expurgatur insigni naturæ artificio. A Septentrione ad occasum brumalem, paludibus & stagnis vndique cingitur, præterquam quod fossis & vallo latissimo & altissimo, etiam locus, natura & hominum industria vndique videatur munitissimus. Est circuitus vrbis ab hac parte plane circularis, recta linea terminatus à mari, qui circuitus 4. ad summum stadijs describitur. Huius autem vrbis tenuia fuere initia. Nam Absolō Hiude Archiepiscopus Lundensis & Episcopus Rotscildensis, munitionem quandam in ea insula (in qua nunc est arx, magnis sumptibus extructa) fieri curauit, cui appellationem de suo nomine Axelhus indidit, vt eo melius aduersus pyratas, locus ille defendi posset: iussit etiam ijs in locis, vbi hoc tempore splendida ædificia sunt, casulas quasdam piscatorum poni, estque locus postea Kiøbmans Haffen / portus mercatorum vocatus, quod negociatores, cùm à

py-

pyratis vrgerentur, ibi receptum haberent. Historiæ hoc accidisse perhibent circa annum Christi 1165. Christiernus Oldenburgicus, qui primus in nobilissimam familiam suam, Regium axioma inuexit Anno Christi 1478. Academiam Haffniæ fundauit, quam eius filius Rex Ioannes confirmauit, & Scholam noua fundatione stabiliuit anno 1498. Christianus verò tertius anno 1539. eam Professorum & lectionum numero adauxit, additis quoque reditibus certis, quibus 20. Studiosi alerentur. Tandem Fridericus secundus Anno 1569. maximo tum feruente bello, cum vicino Sueciæ rege, & Professorum Salaria munificentissimè auxit & superioribus reditibus, quibus 20. illi studiosi aliti sunt, annuas obuentiones, addidit, vnde 80. alij, liberaliter sustentari queant, ita vt centum studiosi illic Regia munificentia nunc viuant.

o. *Helschenor* 6.

HELSENORVM vulgo Helschenör/ vrbs est Daniæ littoralis, nundinis frequentissimis & peregrinarum mercium aduectione clara, in quā multi conuenæ & magnarij diuersis ex locis cōfluxēre, quo etiā cōquisitissimæ res quæq; incolarum vsui inseruientes apportantur. Telonio nobile est. Ad latus maritimum est Cronebutgum castrum munitissimum & inexpugnabile. Arx sanè magnificentissima ex lacteritia facta marmoreæ, sumptibus maximis Friderici secundi, quadrati lapidis artificiosa compage congesta, & mirabili structura absoluta anno 1584. Primum enim molem lapideā, in ipso littore ante arcem coaceruari iussit, quā trabibus maximi roboris contextis, sudibusque

transuersis & cratibus firmissimis connexis corroboratam, fluctibus opponi fecit: cui Saxa immensi ponderis alia super alia grandioribus ad stabiliendum operis pulcherrimi fundamen iniecta sunt, ne vt antea opificum incuria, vndarumque frequẽtissimis & violentissimis latratibus lambentibus, id deficiat & fatiscat. Coroneburgum arcem, Rex Fridericus secundus de suo nomine Friderichsburgum nuncupauit. Hic ocium, hic solitudo, hic regis gratissimus successus, à strepitu vrbano turbaque ciuili procul solutus. Cingitur hæc arx aquis & syluis vndequaque, in quibus ferarum copiosæ gratissimęque venationes sunt. Hic montes, colles, valles, fontes irrigui, horti cultissimique, loca palustria & quicquid plus adfert oblectationi, minus verò tædij visitur.

Brunsuicum vsq; in præcedenti itinere numerantur 63.
o. Gysborn 3. *Knesicum* 1½. *Nyren* 1½. *Lunen* 2½. *Ordorp* 2½. *Bulovv* 3. *Gammerode* 1½. *Rudenvverde* 2. *VVitteberg* 1. *Kiivvitz* 1. *o. Godebusch* 2. *Kissen* 2. *o. VVismar* 1.
Simul 92½.

Aliud iter VVismariam per HELMSTADIVM, & SCHWERINVM, indeq; VVISMARIAM.

Halberstadium vsque numerantur mil. 60½.
Schvvanec 2. *Oschersleben* ½. *Beyendorff* 1. *Ansorde* ½. *VVarbergen* 1. *o. Helmstat* 1. *Bienrode* 1½. *Osfelt* 1½. *Immekoeten* 3. *Bezendorff* 1. *Soitvvedel* 2. *Luckavv* 1½. *o. Danneberg* 2. *Gotzleben* 2. *o. Thom Dam* 2. *Grabovv* 3½. *o. Schvverin* 1½. *Fichtel* 3. *o. VVismar* 2.
Simul 93.

VVIS-

VVISMARIA vulgo Wißmar/ in Ducatu Megapolensi clari nominis ciuitas circa annum Christi 340. ædificata perhibetur. Perijt incendio anno 1262. auctum multo magnificentius, multo; quàm antea exstructa est, lapideisque ædibus condecorata. Portum maris commodissimum; in toto littore Balthico habet; oneratas naues quantumuis capaces recipientem, & sine vllis anchoris tutas præstantẽ. Vnde vrbi, nõ tam à sapienti præside, quàm certitudine marini portus, inditũ nomen, est verisimile. Minoribus oppidis, copiam rerum; ad vitam tuendam necessariarum sæpissimè communicãtibus, atq; inde recipiẽtibus; velut corona; vndequaq; cincta est. Agrũ suburbanum habet fertilissimum, ex quo ferè quingẽtis ciuibus domum propriam possidentibus; sorte aliquot iugera liberè totum septennium fruenda tribuuntur. Vrbis frequentiam, & opes pristinas, magnificentia templorum & maiestas augusta Fori, Curiæ, Cellę Vinariæ ac ædium priuatarum amplitudo & splendor adhuc demonstrant.

ITER AVGVSTA VINDEL. VINARIAM, EISLEBIAM, & MAGDEBVRGVM.

Coburgum vsque numerantur in itinere præcedenti mil. 33.

Neiß vor der heiden	2.	*Iudenbach*	1.		
o. *Greventa!*	2.	o. *Salfelt*	1.	o. *Ruttelstett*	1.
Tuchel	1.	o. *Planckenhaim*	1.	o. *VVeimar*	1.

Simul 43.

VVIMARIA siue Vinaria vulgo Weimar/ nitidissimum Thüringiæ oppidũ, nomẽ habens a vino, nam VVeimagi siue VVynmayr vi-

 nito-

nitorem Thuringico sermone denotat, quasi vinearum aliquis cultor, ea primum loco inhabitans, vineas ibidem colere cœperit. Inclytam Saxoniæ ducibus sedem, & domicilium amœnissimum præbens Vinaria, venustissimis tam publicis quam priuatis ciuium est decorata ædificijs: quemadmodum aere salubri, ita agros, non tantum rerum vtilium & necessarium fœcunde (Thuringia namque ob fertilitatem sumen existimatur Germaniæ) sed & delitijs nobilium hominum voluptatique mirificè blandientium præcellit. Nam præter omne frumenti genus, læta etiam Bacchi, (grata Germanis donaria) Isatidem herbam, vulgo Wayd/ (quæ non alia, quàm pingui alitur gleba) lanarum infectoribus abunde præbet Thuringia. Limpidissimos fontes, & aquas gratissimis susurris suauiter circumsonantes, nemora itidem & Saltus ad venatum ferarum, ad admirationem abundant. quæ quidem naturæ eiusque authoris dona Imp. quondam augustissimos vt potissimum ibi agerent inuitarũt, neque verò luxurians tantum agri fœcunditas, Principes viros huc semper inuitauit, sed & peramœna vrbis huius elegantia, politia quàm optimè instituta, cæterarumque vrbium amplissimarum ornamenta huc eos potissimum traxerunt. Videas hic consecratã numini peraugusta templa. Misericordiæ item sacrificijs, loca publicè nuncupata, & amplis dotata reditibus, vti sunt Hospitalia, Nosocomia, loca vbi contagiosis infecti morbis curãtur. Riuulus aeri purgando destinatus permeat oppidum. Fluuiolus vulgo die Lotta/ molinarias exagitans rotas ipsum illabitur, quotidiano ciuium

vsui,

vsui,& platearum nitore sufficiens. Arx hic Saxoniæ Ducum magnifica: splendidis ædificijs nitens, numerosæ & amplissimæ familiæ capax,& præsertim amœnissimis dulcissimisque hortis, præstantissimis herbis, & fructiferis arboribus ordine bellè in quincuncem positis, luculenter ornatus: Areolis ex odoriferis floribus & medicis herbis, haud secus distinctus, quàm si vel Apellis vel Dureri penicillo depictæ forent, cum sepimentis ex Rosa, Buxo, Rosmarino, Lauro, eiusdemque generis fruticibus venustè semper viuentibus. Aquis ex præterlabente Ilmo fluuio piscoso, æneis fistulis passim deductis arborum & plantarum radices adaquantur. Maximam autem delectationem præbet elegans & pellucida horti in medio turris, ex qua aquulæ gratissimo murmure obstrepunt, & subiectum in lacum delabuntur. Prorsus incredibilem istius horti spectatio admirationem habet.

Buttelstet 1. *Bichlingen* 2½. o. *Schonvverda* 2. *Osterhausen* 2. o. *Eisleben* 1. Simul 8½.

EISLEBIA vulgo Eißleben/appellationem ab Iside AEgyptica consecuta putatur, quæ oras Suecicas vicinaque loca post mortem mariti Osyridis peragrauerit,& Eislebiæ domicilium fouerit. Situ est salubri & optimo, solum habens, tam in superficie, quàm in fundo fertile, ibi frumenta; Hic metalla largo prouentu suppeditans; Eruitur enim ex eius visceribus prope Eislebiam, Mansfeldiam & Hoctstatten, lapis niger ac fissilis, cuiusmodi is est, quem in laminas tenues secto, tegularum loco vtimur, nonnullis Ardosa vocantur, is picis ærisque plurimum obtinet, ac metalli minimè occulta ha-

bet indicia; cõspicitur enim inspersus Auri Cuprive color. Hunc itaque ingenti copia erutum è montibus lignis circumpositis exurunt, incensus autem emittit eũdem, quem Linthraces seu carbonarij lapides odorem, ac si cõtingat placidas pluuias ignē conspergere, tantum abest vt extinguatur, vt maiores etiam flammas excitet, lapsisq; citius liquescat, quod bituminis picisque haud obscurum est indicium, neque tacendum (nam ludentis naturæ miraculum non immerito videri queat) quod is lapis manifestas ostendat inspicientibus animalium ferè omnis generis effigies, ramentis ac lineamentis aurei coloris, ita vt quiduis primo intuitu dignoscere queas.

Polleben	1.	*Gerbstet*	1.	*Mocheritz*	1.
o.*Bernburg*	2.	*Bistorp*	1.	*Mulingen*	1.
o.*Salz*	1.	*Salvvecke*	½.	o.*Magdeburg*	1.

Simul 9½.

Aliud iter MAGDEBVRGVM, indeque ROSTOCHIVM.

Mansfeldia vsque in itinere præcedenti numerantur mil. 53½.

Kupfferberg	1.	*Frecleben*	1.	*Ascherleben*	1.
Anleben	1½.	o.*Staffurt*	1½.	*Stemen*	1.
Elendeleben	¼.	*Froleben*	¼.	o.*Magdeburg*	1.

Simul 62.

MAGDEBVRGVM vulgo Maydburg/ Imperialis & Metropolicæ dignitatis in Saxonia vrbs Archiepiscopalis sedes, cuius Antistes, omnium Episcoporum Germaniæ primas est. Olim dicta Parthenopolis à venere Parthenia, quæ ibi cele-

lebra-

lebratur. Hanc ciuitatem Otto primus condidit ductu suæ coniugis Idithæ Echtmundi Anglorum regis filiæ, quæ & ibi sepulta. Hæc inclyta vrbs Imperatorum honesta sedes, in partes tres diuiditur, estque munita mœnibus ac propugnaculis, turribus quoque ac fossis excellit. Sunt in ea magnificæ domus, perpolitæ plateæ, ampla & ornatissima templa. Inprimis verò nobile illud D. Mauritij Fanum, ex quadrato lapide structuræ magnificentia conspicuum. Ottonum Cæsarum insigne opus. Magistratus vrbis, ius ciuile Romanorum abbreuiatum & Saxonica lingua conscriptum, non sine reuerentia custodit, quod Caroli Magni auctoritate firmatum tradunt, eoque in decisione caussarum circumuicinæ gentes recurrunt. Magna & venerabilis earum legum auctoritas habetur. Post Ottonem iussu Imperatorum, Magdeburg. ei e[illegible]tus est Burggrauiatus, numeraturque inter 4. Burggrauiatus Imperij. Sustinuit hæc vrbs obsidionem Ducis Saxoniæ Mauritij Electoris annua diuturniorem, in militum stipendia Senatus vrbis Magdeburgensis toto obsidionis tempore impendit quadringenties quater mille, quadringenta sexaginta sex aureorum, ad Bremensem vrbem obsidione liberandam contulerat mille & sexcenta, & paulo ante Electori Saxoniæ, Ioanni Friderico, à Danubio in Saxoniam redeunti viginti millia, nunquam reddenda mutuo dederat.

Barleben	1.	*Mosendorff*	½.	*VVolmerstede*	½.
Borchstat	1½.	*Lutzlingen*	1.	*Nyendorff*	¾.
o.*Gardeleben*	¼.	*Bißmarck*	3.	o.*Osterburg*	1½.
o.*Sehausen*	1½.	*Benster*	1.	*VVitteberg*	1½.

 o.*Per-*

o.*Perleberg*	1.	*Sangevvald*	2.	*Pentzin*	1½.
o.*Lubitz*	2.	*Krakavv*	1½.	o.*Gosterovv*	2.
Gardebusch	2.	*Helden*	1.	o.*Rostock*	2.

Simul 128.

ROSTOCHIVM vulgo Rostock / olim Lacinium & corruptè Rhodopolis & Laciburgum vocata vrbs est Vandalica, Anseatica, maritima ac Megapolitana, & præ multis alijs Germaniæ (cuius hæc ad Boream limes) vrbibus præcipuis, literario simul & mercatorio Emporio clarissima. Megapoleos Principibus semper paruit, à quorum maioribus circa Epoche Christianæ 329. leuibus initijs instar pagi ad Varnam amnem condi incepta, postea à Godescalco Obetritarum rege in oppidulū conuersa ac demum anno Dei hominis 1160. à Prisbislao seu Primislao secundo, Nicolito filio & Obetritarum seu Herulorum Rege, quadragesimo & vltimo, ex vicinæ, & tum ab Henrico Leone desolatæ vrbis Kessinij terræ Laciniç Metropolis ruderibus muro cincta, fossa munita, inq; vrbis formam instaurata mercatura seu negociatio maritima, magna dedit vrbi huic incrementa, & ciuium multos ad insolitam opulentiam euexit, qui farinam & cereuisiam in Daniam, Norwegiam, Islandiam, & Sueciam: Olyram, triticum & Asseres Noricos, in Belgium, Scotiam, Britanniam, Galliam, Hispaniam, Italiam, aliasque Europæ regiones, summa copia important, & vicissim ex illis Butyrum, pecudes, pisces muraticos & induratos, ligna, trabes, tabulas quercinas, pineasque, ferreas laminas, &c. Ex his Sal, Aromata, Pannum, varia vina, eaque preciosissima, reducunt, & magno cum lucro di-

pendunt. Cereuisia Rostochiensis, cuius plus minus 250000. Tonnæ à 250. tantum Zythepsis quotannis coquuntur, & longè lateque nauigijs auehuntur, cunctis Septentrionalibus ob bonitatem & excellentiam saporis, præstantior & salubrior est.

VVarnemund 2. *transmitte mare nauigaq; vsq; Gessor in Falstria quo vsque numerantur mill.* 7.
Nicoping 2. *Gabenes* 2. *nauiga vsque VVarburg in Zelandia* 1. *VValloe* 4. *Koge* 1.
o. Copenhagen 4. Simul 23.

Aliud inter VVarburgo in Zelandia HAFNIAM vulgo Copenhagen.

Prestoc $2\frac{1}{2}$. *VVindbeholt* $1\frac{1}{2}$. *Faxoe* 1.
Koge 2. *Copenhagen* 4. Simul 11.

ITER AVGVSTA VINDEL. MALMOGIAM, Germ. Elnbogen/CORONIAM, vulgò Landstron/& HELSINGOBVRGVM, vulgo Elsenborg.

Rostochium vsque numerantur mill. 91.
VVarnemund 2. *Inde nauigatur Malmogiam vulgo* Elnbogen *in Scania mil.* 25.
Simul 118.

MALMOGIA vulgo Elnbogen/ inter recentiores Scaniæ ciuitates anno à nato Seruatore 1320. vel circiter condita sub ipsa initia gubernationis Christophori secũdi Daniæ regis. Eadem nunc pene Metropolis est Scaniæ, per mercimonia quibus inclaruit, ex quo piscatio circa hanc vrbem cœpit esse frequens, multis olim immunitatibus

donata fuit hæc vrbs, quibus etiamnum gaudet, inter alias, à Telonij (quod vocant) solutione immunes sunt Malmogienses omnes in quamcunque Daniæ oram cum mercibus venire his contingeret. Arce munitissima insignis est Malmogia, & ædificiorum magnificentia, quæ nusquam sunt per Scaniam, quàm in hac vrbe magis splendida. Qua parte mare & Circium respicit Malmogia, muro tota cingitur, portis etiam quibusdam peruia. Media pene vrbe forum est spatiosum admodum, & in eo versus ortum domus ciuica siue prætorium, amplũ inprimis atq; magnificum, sub annum à nato Christo 1546. impensis ciuitatis exstructum.

Landskron 4.

CORONIA vulgo **Landskron**/ ab Erico octauo primum condita est sub annum à Christo nato 1413. cùm prius eo loco pagus fuerit. Vallo ac fossis cingitur arcemque adiunctam habet cuius fundamenta à Christiano tertio Daniæ rege iacta primum sunt anno 1543. Haud paruum momentum ad victoriam attulit regi Christiano portus Coronensis, cum patre defuncto, de regno is dimicaret aduersus seditiosos, & Comitem Oldenburgicum. Hic enim vrbe occupata, tutam admodum, reliquo belli tempore stationem habuere huius naues, quæ res videtur & portum & ciuitatem sic regi victori commendasse, vt postea arcem quoque hic locandam duxerit. Numquam vel mercium vel hominũ, in hac ciuitate frequentia maior, quàm circa Solstitium æstiuum quando mercatus in ea exercetur longe maximus.

Elsen-

Elsenborg 2.

HELSINGOBVRGVM vulgo Elsenborg/ Scaniæ Danicæ ciuitas maritima arce æditissima insignis. Sita est in ipsis pene faucibus, & ad fretum, per quod in eum quem Codanum appellat sinum Plinius, illabitur Oceanus, vbi traiectus ex Scania in Zelandiam insulam breuissimus: Germani vulgo nominant den Sund / Orientalem maris ripam tenet Helsingeburgum, quemadmodum Helsingoia, vna cum Croneburgo arce regia, occiduam. A Septentrione in Austrum porrigitur ciuitas longior quàm latior, monte nimirum perquam edito, qui huic imminet obstante, quo minus in latum extendi queat, nusquam plura quam hic, antiquæ nobilitatis Danicæ, ad parietem templi Septentrionalem depicta visuntur insignia, sepultis in eodem templo præstantibus nobilitate viris. Non procul à templo Prætorium est, ad Austrum, vnaque forum, in quod merces suas quotidie ferè conuehit frequens vicinia, præter mercatum hunc quotidianum, in quo ciuium potissimum ac vicinorum seruitur commodis, alij duo anniuersarij, sic celebrantur, vt non ex Dania tantum, verùm etiam ex peregrinis & procul dissitis regionibus huc commeet maxima hominum multitudo, comportatis eodem etiam exoticis mercibus, haud paucis, vt vix in vlla Panegyri Daniæ, vel hominum sit vel mercium frequentia maior, ex mercibus tamen in hisce nundinis frequentiores sunt equi, ac boues venales, quorum distrahendorum causa hæ primitus sunt institutæ. Oppido toti, qua in longum patet, mõs imminet ad Oriẽtem, præruptus

ptus admodum ac æditus, cuius fastigio, super solidissima caute, arx imposita est longe munitissima. Hæc ab Helsingis (hi Sweciæ populi sunt, quorum patria Helsingia, sub ipsam olim natiuitatem Seruatoris Christi in carnem, Frothone tertio Daniæ rege, vel circiter extructa memoratur, à quibus quidem Helsingis & nomen inditum, tum arci, tum ciuitati, adde & ei quæ trans fretum est Helsingoræ, hæc sane perampla est arx, vt per se ciuitatula videri possit, in cuius meditullio turris quadrata, ipsa ampla admodum, atque inprimis ædita, contignationum seu interstitiorum, sursum versus (quæ tabulata vocantur) complurium, ad miliaria aliquod procul sese spectandam exhibet. Hanc turrim duplex ambit murus, alter proximè cingit eandem, qui autem remotior est, arcem totam vnaque ædificia complectitur quamplurima, quotidianis eorum qui arcem tenent vsibus accommodatæ. Fuit hic arx multorum regum olim sedes, vbi Comitia quædam regni celebrata sunt.

o.*Engelholm*	3.	*Laholm*	4.	o.*Falckenburg*	4.
o.*VVarsberg*	4.	o.*Congel*	10.	o.*Marstrant*	2½.
o.*Odomad*	8.	o.*Ausso*	10.	o.*Ackerhuis*	5.
o.*Staffanger*	35.			Simul	85½.

STAFANGER ciuitas est Norwegiæ eundem cum Berga præfectum habens, suum tamen peculiarem habet Episcopum ibidem residentem.

ITER AVGVSTA VINDEL. BERGAS NORWEGIAE metropolim.

Ausso in præcedenti itinere num. mil. 45½.
Inde distat Berga Norvvegiæ mil.

BER-

BERGA totius Norwegię emporium eſt & horreum celeberrimum, ibi piſcis ille nobilis & delicatus venditur, qui ſecundum littus Norwegiæ captus, piſcis Bergẽſis dicitur, propterea quod indè in multas regiones à mercatoribus diſtrahatur. Sũt ibi Vãdalicarum & maritimarum famuli, qui cùm ibi mercandi cauſa totum annum perdurent, partẽ vnam vrbis occuparunt, quam partem incolæ pontem, ſed exteri Tabularium ſuum vocant. Hi mercatorum famuli, magna cum incolis quotannis commercia exercent, quæ aliquot Tonnas Aureorum excedũt, ſed eorum negociatio illic quotidie minuitur, nec eſt hodie tanta ac ante aliquot annos fuit, nam incolarum induſtria quotannis creſcit, & augmentum accipit, ita vt non ſolum ſua negocia domi tractent, verùm etiam foris abunde & accuratè vicinis regionibus neceſſaria ſubminiſtrent.

VVardhuß diſtat Berga 144. mil. Norica, quæ trecenta fere Germanica conſtituunt.

VVARHVSIA arx Norwegiæ vltima, paruæ inſulæ VVardæ, ipſa quoque parua & obſoleta hoc tempore inſiſtens, nulla ſingulari munitione ac ne Turri quidem vel Caſtello inſignis; oppidulum tamen adiunctum habet, quod piſcatorum caſæ ſtipant. In hac arce vel potius Caſa habitat æſtate Præfectus regius, & ampliſſimum illius littoris Norici tractum, in frigida Zona, vſque ad Ruſſiæ fines gubernat.

A VVardhuſia ad inſulam Kildyn, & Kolam, oppidum Ruſſiæ in eo tractu primum, quod Norici Malmes nominant, verſus Euro Auſtrum mil. 20.

Inde

Inde ad Tribnes Promontorium 4.
Ad septem insulas 12.
Ad Siteram insulam 6.
Ad promontorium Lappiæ Suetognes 12.
Inter Suetognes & oppositum in Russico littore Condornes per Fretum in lacum album ad tres insulas 6.
Inde ad Ponoi fluuij ostium 12.
Hic relictis Lappiæ littoribus, trajcitur ad Lacus Albi (12. mil. lati) littus Orientale seu Russicum, quod præterlegendo ad promontor. Scharbugel venitur, quousquè numerantur 12.
Inde ad Nicolai Fanum sunt 12.

Simul miliarica Norica 96.
constituunt bis totidem Germanica.

ITER AVGVSTA VINDEL. LVNDIAM.

Rostochio Malmogiam vsque numerantur mil. 27.
o. *Lunden* 4. Simul 31.

LVNDIA vulgo Lunden/Sedes olim erat Archiepiscopalis. Quando fuerit, & à quo vel à quibus condita nusquam in historijs legitur. Christo nascente floruit Lundia & Schanora, Schaniæ ciuitas vetustissima, nunc pene vicus tribus a Malmogia miliaribus distans, versus ortum brumalem. Plurima erant olim in hac vrbe templa, & quidem parochialia non pauciora viginti duobus, inter quæ primas semper tenuit ædes Laurentiana Cathedralis, in meditullio fermè ciuitatis sita, vasta, & inprimis magnifica. Ex secto enim lapide constructa est, & plumbeis laminis tecta tota, cuius ædificatio Suenone primo rege (qui sub annum Do-

Domini 1017. mortuus putatur) cœpta, ab Eginó tandem huius loci primo omnium Episcopo, & proximo huius successore Richualdo accedente opera & Studio S. Canuti Regis perficitur, dedicatione peracta anno Domini 1085. hoc est, ante Canuti cædem, anno proximo. Versus Meridiem ab altera templi Laurentiani parte forum est, & id peramplum vna cum Prætorio. Frequens hic confluit quotidie ferè vendentium ac ementium turba, præterquam, quod bis, annis singulis, tota pene vrbe mercatus celebratur longè frequentissimus, idque sub Ascensionem Dominicam, & circa festum Laurentij.

ITER AVGVSTA VINDEL. BARDVM.

Magdeburgum vsque numerantur mil. 62.
Gusterouium in itinere Magdeburgo Rostochium numerantur mil. 24.

Terlage	2.	*Tussin*	1¼.	*Sulte*	¾.
o. *Mutlavv*	1.	*Dangard*	1.	o. *Baert*	2.

Simul 94.

BARDVM vulgo Baert/non infimum inter Pomeraniæ oppida dignitatis locum occupat, habetque præclaras ac magnificas ædium structuras nobilesque, Ducibus suis quoque iucundam residentiam præbet. Eius primordium in post Christum natum annum .... historici & opidi Archyuum referunt, quando à Longobardis Rugiensem insulam occupantibus, loco negociationi peropportuno, ad Balthicum mare ædificatum Barthiensi seu VVolgastiensi Duci paruit: Deinde Steti-

nen-

nenses Pomeranæ Duces situs commoditate illecti, amplissimarum vrbium priuilegijs, Ducali residentia, Palatio eleganter ad normam ædificato, Schola & Typographica officina Bardense oppidum decenter adornarunt, quemadmodum & horto, varijs sepimentis diuersarum herbarum, florum ac arborum varietate, ad delectationem spectantium venustè distincto. Adpellationem & nomen vel à primis fundatoribus Longobardis, vel à præterlabente fluuio Bartico obtinuisse perhibetur, quem hoc loci mare absorbet. Forum habet amplum, in quo ob agri fertilitatem maris opportunitatem, res victui & humanæ necessitati inseruientes tolerabili precio væneunt. Solum non tantum suburbanum; sed totius Ducatus, vbique fertile est, aquis irriguum, stagnis abundans, onerarijs mercatorum nauibus peruium: diues quoque est, pascuis, pomis, lignis, montibus, venatione, pecore, piscibus, frumentis, butyro, melle, cera & alijs his similibus: vnde marinis & fluuiatilibus piscibus, omnis generis ferina, multisque magnarum vrbium commoditatibus Pomeraniæ Barda ita abundat, vt non immerito Illustriss. Pomeraniæ Duces optatam sibi sedem, vitæque domicilium in ea sibi delegerunt. Ciuium opes in re pecuaria & negociatione consistunt, quam mari, in vicina Dania, Noruegia, alijsque remotioribus magno quæstu exercent. Cereuisiam coquunt sapidam, quam etiã ad longinquos exportant. Licet Vulcani furorem valde sibi iniquum frequentius senserit Bardum, tamen tanta est situs opportunitas, tanta cura & sollicitudo Ducum, in ea restauranda, & conseruanda,

uanda, vt bene muniti ac florentis oppidi formam nunc exhibeat.

ITER AVGVSTA VINDEL. STRAELSVNDIVM.

Magdeburgum vsque numerantur mil.					62.
Pentim in itinere Magdeburgo Rostochium numerantur mill.					18½.
Garleze	1.	o.*Plavven*	1.	o.*Malchin*	4.
o.*Dragun*	2.	*Kamp*	4.	o.*Straelsund*	3.
				Simul	97½.

SVNDIVM vrbs vulgo Straelsund/ab insula Stra le vicina & freto quod Rugiæ insulas à Germaniæ extremæ continente dirimit, & Rugiæ principatum medium interlabitur, nomen habens à Rugiæ principe Iarimaro primum inchoata, & à filio illius Vislao, fundatore cœnobij Campē absoluta, & iure Lubecensi ac libertate, qualis ciuitati Rostochiensi à D. Burewino collata esset: sylua, agris, pascuis, portu, iure piscandi, & vectigalium immunitate donata; intra centum annos tantopere incolarum industria, & commercijs aliarum gentium maritimis creuit, vt duorum Regum, Erici Dani, Byrgeri Sueci & decem principum, ac in his VVislai Rugij copijs eam obsidentibus, omnes illorum mo itiones fortiter sustinens, capto etiam Saxoniæ Duce Erico, libertatem suam magna cum gloria & fœlicitate tutata sit.

ITER AVGVSTA VINDEL. NAORVRGVM, & LIPSIAM.

Coburgum vsque numerantur mill. 33.

Indeq; numerantur Ruttelſtat in itinere Vinariam 7.
o.*Orlamund* 2. o.*Kale* 1. *Burgavv* 1. o.*Iena* 1.
Simul 45.

IENA ima iacet valle, muris & turribus firma eſt. Pons lapideus vtramque Salæ fluminis ripam, coniungit. Florens eſt Thuringiæ oppidum, quod Muſæ & Vineta ornant. De Iena canit Strigelius:

Hinc placet Hebræo nobis de nomine dici,
Vt vetus à Iain nomen Iena tenet.
Cur ita crediderim, niſi mentem vocula fallit,
Certa huius ratio nominis eſſe poteſt.
Quippe vocat Iayn, Solymæ pius incola terræ
Hoc quod nos Latio dicimus ore merum,
Quæ caput in medijs vrbs fertilis erigit vuis
Hanc quiſquam à vino nomen habere neget.

Zvvertzen 1. *Dornberg* 1. *Pforte* 3. o.*Naumburg* ½.
Simul 5½.

NAOBVRGVM vulgo Naumburg/ vrbs eſt ad ripam Salæ fluminis, Epiſcopi ſede clara.

Schönberg 1. o.*VVeiſſenfels* 1. *Roppich* 1.
Lützen 1. o.*Raenſtat* 1. o.*Leipſig* 1.
Simul 6.

Aliud iter per HOFVM & ZVICCAVIAM, LIPSIAM, indeque VVITTEMBERGAM, & BRANDENBVRGVM.

Nurnbergam vſque numerantur mil. 18
Hereſſperg 2. *Grefenberg* 2. *Pegnitz* 3. *Paiereut* 4.
Perneck 2. *Gefreſſ* 1. *Munchberg* 2. o.*Hoff* 2.
Simul 36.

HOFFVM vulgo Hoff/ Voitlandiæ oppidum eſt munitum.

Ziberen 1½. *Plaun* 1½. *Neumarckt* 2. o.*Zwicka* 2.
Simul 7.

ZVVICKA oppidum est Voitlandiæ celebre.

Langlungvvitz ½. o.*Aldenburg* 3. *Treben* 1.
Lobschitz 1. o.*Born* 1. *Henrichen* ½.
Rota ½. *VVolckevvitz* 1. o.*Leypsigk* 1.
Simul 9½.

LIPSIA vulgo Leipsigt/ Ostlandię quondam Metropolis, nunc Misniæ adscribitur. Vrbs aquis irrigua; ab eiusdem nominis pago in vrbem summæ dignitatis excreuit, & inter Misniæ oppida florentissimum ditissimumque habetur, quod superbissima ædificia, & perauguста ciuica domus, nitore & magnificentia sua satis manifestè declarat. Ter annuatim nundinis frequentatur. Musarum etiam inclyta sedes est.

Protzke 1½. *Lindenavv* 1½. o.*Dieben* 1. *Darne* 1.
Bilavv 1. o.*Kemburg* 1. o.*VVittenberg* 1.
Simul 8.

VVITTEBERGA vulgo Wittenberg/ oppidum Saxonię superioris à VVittekindo primo Saxonum Christiano Principe; vt quidam putent VViteberga nuncupatum. In eo Dux Saxoniæ Fridericus Elector instituit anno 1502. vniuersale studium ex Lipsensi & Tubingensi vniuersitate. Petrus Mosellanus, Fridericus inquit, VVittebergam suam, omnigenarum artium, maximè, trium linguarum Professoribus sic instituit, sic adornauit, vt optimè constituti Gymnasij exemplar hinc petere possis.

Straucha 1½. *Raben* 1. o.*Beltzig* 1½. *Nellin* 1.
o.*Brandenburg* 3. Simul 8.

BRANDEBVRGVM vulgo Brandenburg/ alijs à Brenno Semnonum Duce nominatum & extructum putatur, alijs à Brando Marcomiri sexti filio. Duplex est, antiquum & nouum, quorum vnũ ab altero distinguitur fluuio Hauel.

ITER AVGVSTA VINDEL. TREPTOVIVM & GRYPHISWALDVM.

VVittebergam vsque numerantur mil.						60.
Marzan	3.	o.*Trevven Britzen*		2.	*Belitz*	2.
Vckermunt	1.	*Zanche*	1.	o.*Potstain*	1. *Tremmen*	2.
Navve	1.	o.*Bellinisch Fehre*		4.	o.*Rapin*	2.
o.*VVitstock*	4.	*VVerdenhagen*		1.	*Tornam*	1.
Kreutzberg	2.	o.*Nevv Brandenburg*		2.	o.*Treptovv*	2.
					Simul	91.

TREPTOVIVM oppidulum Pomeraniæ est.

Stolpe	1.	*Hohnkisav*	2½.	o.*Grypsvvald*	1½.
				Simul	5.

GRYPHISVVALDVM vulgo Gryphswald, ab vicino monasterio Heldena originem habuit. Ciuitas est antiqua in Ducatu VVolgastiensi in Pomerania, multa olim passum est ab Rugis. Schola ibi erecta est anno 1468.

ITER AVGVSTA VINDEL. VVOLGASTVM.

Treptouium vsque numerantur					91.
Stolpe	1.	*Ransen*	2.	o.*VVolgast*	3.
				Simul	97.

VVOLGASTVM vulgo Wolgast, sedes principum Pomeraniæ est.

ITER AVGVSTA VINDEL. ANCLANVM.

Tre-

Treptouium in itinere praecedenti numerantur mil. 91.
o.*Anclan* 3. Simul 94.

ANCLANVM vulgo Anclam/ Pomeraniæ oppidum celebre est.

ITER AVGVSTA VINDEL. VVINETAM.

Bellinische Fehre in itinere VVitteberga Treptouium numerantur 77.

Gransoe	3.	*Furstenberg*	2½.	*Nemerovv*	1.
Furstensehe	1.	*Feldbergk*	2.	*VValleck*	2.
Fridland	2½.	*Scadefur*	2½.	o.*Vsedom*	2.
Crinike	2.	*Pudgla*	1.	o.*VVineta*	2.

Simul 100½.

VVINETHAM vetustæ cantilenæ, & fama per manus posteris tradita & scripta in monasterijs reperta ostēdunt multis ante Iulinum annis frequentia commerciorum, magnificentia, opibus & potentia florentem, inundationibus & tempestatibus marinis submersam esse. Quidam circa annum à Chr.N.830. Haldungum Sueciæ Regem, eam euertisse, & portas, vrbis æneas, & alia monumenta, vna cum emporio, in Gotlandiam insulam transtulisse arbitrantur. Ferunt cœlo sereno & placido, adhuc fundamenta quorundam ædificiorū, & stratas ex silicibus plateas Sundij longitudinem æquantes, conspici posse.

ITER AVGVSTA VINDEL. BERLINVM & VCKERMVNDAM.

VVittebergam vsque numerantur mil. 60½.

Marzan	3.	o.*Trevven Britzen*	2.	o.*Belitz*	2.
Sardmund	2.	*Langervvisch*	1.	*Grunvvalt*	1.

VVelmsdorff 1. o.*Cölln an der Spree vnd Berlin* 1.
Simul 73½.

BERLINVM vulgo Berlin/ Marchionum Brandenburgensium Electorum sedes est.

o.*Bernavv* 3. *Schonebeck* 3. *Potzavv* 5.
o.*Prentzlavv* 1. o.*Pasevvalle* 4. *Torgelovv* 1.
o.*Vckermund* 1. Simul 18.

VCKERMVNDA vulgo Vckermundt/ Pomeraniæ oppidum est.

ITER AVGVSTA VINDEL. STETINVM, & VVOLLINVM, vnde nauigatur STOCKHOLMIAM Sueciæ.

Berlinum vsque numerantur 73. o.*Bernavv* 3.
o.*Neustat* 3. *Curin* 1. *Nevv Angermundt* 2.
Stendelichen 1. o.*Gartz* 2. o.*Stetin* 5.
Simul 95½.

STETINVM vel SEDINVM à Sedunis populis denominatum, vulgo Stetin/ cis Viadrum, vetus meritò à priscis dictum est, quod conditoris nomen & tempus exstructionis à nemine adhuc accuratè peruestigatum sit. Situs commerciorum & victus opportunitate, morumque ciuium elegantia, nulli maritimarum ciuitatum cedit: Piscium lectissimorum varij generis, & precij exigui, inexhaustum promptumque viuarium est. Pratorum quoque ac lignorum cæduorum adeo ferax, vt parem haud facilè, superiorem verò vix vsquam reperias vrbem. Luxuriat ager suburbanus & finitimus, prouentu egregiorum fructuum, quorum magna vis in transmarina regna, & ditiones defertur. Quinetiam iure exonerandi merces, & aduentitiarum

rum rerum omnium, retinendarum, præ cæteris priuilegio raro atque peruetéri gaudet.

Polta 2½. *Lasenitz* ½. *Stepnitz* 1. *Trepsin* 3. *VVollin* 1. Simul 8.

VVOLLINVM vulgo Wollin/exiguum oppidum, veteris vrbis Iulini vestigium est, quod Daniæ Rex VVoldemarus primus Rugijs domitis & Daniæ regno subiectis, iam intestinis seditionibus labefactatum, & mole laborans sua, captum solo æquauit, anno Christi 1170. vt campi iam sint, maxima ex parte, vbi vetus Iulinum fuit.

Inde nauigatur Stockholmiam.

STOCHOLMIA vulgo Stockholm/ per VValdemarum Regem circa A. C. 1250. in insula Sinus Meleci condita, sedes & arx totius regni Suecici pręcipua, & emporium frequens ac celeberrimum est, ad communicationem mercium, per lacum Melerum, longè lateque, velut brachijs se in mediterranea spargentem, & multis ex diuersis regni prouincijs fluuios recipientem, maximè commodum: Per quos in procul dissita loca, merces ex Germania, & alijs gentibus aduectę, facilè nauibus distribui, ac vicissim Sueciæ merces retro deferri queunt. Aditus ex mari Eoo, per angustas fauces profundissimo alueo patet. Tribus ab vrbe miliaribus ad ortum, Turris firmissima VVaxholmia, & è regione, Tigna in fundum Fistucis adacta, & sublicis armata, sic ingressum arctant, vt inuitis regijs præfectis, in ea excubantibus nullæ ingredi aut egredi naues possint. Est iuxta oppidum arx regia adeo densis muris munita, vt vel Tormentorum ingentium ictibus, minimè subrui, aut vi aliqua capi posse videatur.

ITER AVGVSTA VINDEL. TREPTOAM.

Stetinum vsque numerantur mil. 95½.
o.*Dam* 1. o.*Golnavv* 4. o.*Greifenberg* 4.
Nevv Treptavv 1. Simul 105½.

TREPTOA vulgo New Treptaw/ad Regum fluuium (à quo in vicinum mare Balthicum delabente, vndequaque ferè ambitur) in Pomeraniæ orientali loco amœnissima, fertilissimis agris, & pratis floriferis vndique cincta. Ei ab omnium rerum, ad vitam necessariarum abundantia inditum Nutritij nomen aliqui erudire diuinant. Origo vrbis, a vicino monasterio Belbug extitit, cui priuilegia ciuitatis, & ius Lubecense Anno Christi 1280. Bogislaus quartus Barnimi primi filius Pomeraniæ Dux & Thubaldus Abbas Belbugensis tempore Rudolphi primi Imp. dederũt, postea commercijs maritimis quæ ad ostium Regi, vno ab vrbe miliari distante, frequentiora olim erant paulatim opibus ac ædificijs ita creuit vt ei vicini inuiderent.

ITER AVGVSTA VINDEL. INGOLSTADIVM, AMBERGAM, EGRAM, MISENAM, & FRANCOFVRTVM ad Oderam.

S.Leonhart 2½. *Schrobenhausen* 2. *Hohenvvart* 1.
VVindten 1½. o.*Ingolstat* 1. Simul 8.

INGOLSTADIVM vulgo Ingolstat / situm est ad Danubium, antiquis dictum fuit Engelstat / ab Anglis Sueuis, qui eam cum alijs cœperunt; Olim pagus fuit ad monasterium Altach pertinens, qui deinde à Ludouico Bauaro Imp. eiusque successoribus Bauariæ Ducibus, in ciuitatem est mutatus.

Qui-

Quidam ciuitatem hanc vocant Chrysopolim, (Goltſtat)quod alijs non placet. Vniuersitas anno Domini 1410. inibi initium sumpsit, ab vniuersitate Viennensi, quam Ludouicus Dux Bauariæ, & Pius II. anno 1469. varijs ornarunt priuilegijs.

Hepperg	1.	*Appertzhofen*	½.	*Braitmul*	1½.
VVolfpuch	1.	o.*Dietfurt*	1.	o.*Breitnegk*	1.
Seiherstorf	1.	o.*Velburg*	1.	*VVeidenbul*	1.
Allersurgk	½.	*Iarstorff*	1.	*Keffering*	1.
o.*Amberg*	½.				Simul 12.

AMBERGA vulgo Amberg/ Palatinatus superioris primarium est oppidum.

Staingloe	½.	o.*Freidenburg*	1½.	o.*VVeiden*	3.
Neustetel	½.	o.*Neuhauß*	1.	o.*Durschereut*	1½.
VValdsachsen	2.	o.*Egra*	1.		Simul 11.

EGRA vulgo Eger/vrbs in primo Bohemiæ aditu sita, à fluuio Egra, cui adiacet nomen consecuta putatur, olim Imperio Romano, hoc verò tempore Bohemiæ regno subiecta. Tota ornatissima, tota pulcherrima. Intus pulchris ædificijs ciuili vrbanoque populo, magnificis & eximia virtute præstantibus viris illustris; foris verò amœnissimis & iucundissimis hortis, & agris varijsque pomorum & fructuum generibus beata, atque piscoso flumine luxurians. Sita est in amœnissima valle, ad collem, cuius decliui, maior ciuitatis pars super ædificata incumbit. Est duplici muro fortissima circumquaque, aliquibus etiam locis, præsertim à flumine non ambitis triplici: amplissima item fossa, ac muro conclusa; turribus verò plurimis magnificè cincta & communita. Fluuium eiusdem nominis, ex monte Pinifero ortum habet amplissimū

ac nauigabilem ad meridiem ferè, quam versus plagam, arx etiam vrbis condita est, quæ suos quoque singulares muros, munitiones, fossas, ac turres habet. Est in vrbe magnificum S. Nicolai templum, cum duabus altis, ac orienti Soli obuersis turribus. Sunt & alia pari elegantia templa & monasteria, integrum & magnum Senatum constituunt veteri Rom. more virijcentum, ex quibus 19. ex antiquissimis sunt vrbis familijs, patricio sanguine nati. Ex quibus solent eligi 4. consules, 13. alij vocantur Iudices & Scabini. Hi ius dicunt, non ex scriptis legibus, sed ex receptis & longo vsu comprobatis, consuetudinibus, reliquos Senatores plebeios vocant. Ab huius Senatus constitutionibus, nemini liberum est ad superiorem magistratum prouocare; Habet quoque Egra frumentarias ædes omni frumentorum genere refertissimas. Armamentarium item, bellicorum instrumentorum apparatu instructissimum. Molendina, Xenodochia, balnea publica, portas maiores tres, & totidem paruas, quæ Consulibus tantum, publicorum negociorum causa, nocturno tempore patēt: Habet suburbia lata, & iuxta portam acidi saporis fontem, Arces 12. pagis insignes plurimis, ad aliud oppidum Revvitzium tribus ab vrbe lapidibus ad Cossenium montem ac fluuiolum situm, & propriam denique monetam, quæ in Egrana tantum ditione valet.

o. *Konigsberg*	1.	o. *Falkenavv*	1.	o. *Elnbogen*	1.
Lichtel	3.	o. *Iochimsthal*	1.	o. *VVeisenthal*	1.
o. *Gotstat*	1.	o. *S. Annaberg*	1.	*Rautnstein*	$2\frac{1}{2}$.
Oerderen	$1\frac{1}{2}$.	*Nossen*	2.	o. *Meissen*	3.

Simul 19.

MEIS-

MEISSENA vulgo Meissen/Hermundurorum præstans est ciuitas. Moguntinorum Annales, eam primum ædificatam, & validis ob loci opportunitatem communitam præsidijs perhibent, ab Henrico Aucupe cognominato, anno post natum Christum 830. imperij sui anno secundo, contra frequentes Vngarorum incursiones, qui multis eo tempore incommodis afficiebant Germaniam, Ei verò succedentes Augusti ibidem firma retinuerunt præsidia, contra VVendos, qui vltra flumen degebant, sicuti & deinde Antistites & Principes contra Bohemos. Mons in cuius cacumine arx videtur imposita, librata planitie vndique cinctus, foueis naturę beneficio firmis munitur. Ab eo ad S. Afræ montem vicinum, pons ligneus arcuato opere mirabilis, protensus est. Vrbs ipsa situ partim montoso, partim est planè. Ex montibus, duo, alter arcis, alter sancti Martini, instar brachij ad Albim fluuium sese extendunt, ipsamque vrbem quasi amplecti videntur. Ad fluuium Tubisch vulgo dictum, mons Altenburgum se protendit, ab arce, quam ibi quondam extitisse perhibent, denominationem retinens, cuius iam nullæ supersunt ruinæ. Naturæ clementia interamnis est Misena: nam qua Solis spectat exortum, Albi flumine alluitur, qua verò Meridiem, Tubisca: ad occasum Solis præcelsis adhæret montibus; ad Septentrionem autem riuulum Misenam habet, qui ad Schlossburgi montis radices, in Albim se exonerat, vnde huic vrbi nomen euenisse putatur: qui quidem etsi exiguus, celeberrimi tamen nominis eum quondam fuisse constat. Porrò clarissimorum oppidorum vicini-

vicinitas,magnarum nauium patiens flumen, consiti lętissimis vineis montes,aeris denique puritas, hanc vrbem commẽdabilem reddunt. Quin etiam Minerarum & metallorum sunt montes ditissimi. Primo à Misena lapide mons est, Schaffenburgius cognominatus, argento & plumbo fœcundus & Freybergum versus iuxta Mockeritz pagum, altissima est fodina. Sunt quoque putei in Montziger valle, vbi metallici ante annos 20. à labore destiterunt; sed ij, Solum metallicarum rerum vbertate pręstans fuisse demõstrant, primarius vrbis mons, Solem orientem respiciens, Schlofsberg tanquam arcis mons dictus, castris duobus praecellenti structura conspicuis decoratur,quorum alterum Principis est, ab Alberto Saxoniæ duce ædificatum, alterum Episcopi. Aula à Ioanne eius nominis quinto inchoata,quidem magnificè, sed extrema artificum manu nondum perfecta. Iuxta,in arcium duarum medio est Ecclesia Cathedralis,ea ad occasum sacram ostentat ædiculam, Principium Tymbis & sepulturis percelebrem. Mons ad Solis vergens occasum S. Afræ cœnobium sustinet, à Reinardo Episcopo institutum, quod nunc Saxoniæ Principum iussu,in Scholam est conuersum. Iuxta Misenam vrbem, vtraque Albis ripa, ligneo ponte, tanto artificio & magnitudine coniungitur, vt vniuersum Romanum Imperium,ea præstantia pontem, ex ligno præsertim constructum,non habere putetur.

o. *Hain* 2. o. *Muckenburg* 4. *Leupsch* 1. *Salgast* 2. o. *Hertzberg* 1. o. *Corvvitz* 2. o. *Beyrtzen* $1\frac{1}{2}$. o. *Luberaß* 2. o. *Mulrose* 3. o *Frãckfort an der Oder* $1\frac{1}{2}$

Simul 20.

Ali-

Aliud iter FRANCOFVRTVM ad Oderam, per FREIBERGAM, DRESDAM, indeque FRANCOFVRTVM ad Oderam, & COSLINVM.

S. *Anneberg in itinere præcedenti numerantur mil.41.*
Mariaberg 1. *Lengefelt* 1. *Ryfflant* $\frac{1}{2}$. *VValstorff* 1.
Langeney 1. *Auffm Braet* $\frac{1}{2}$. 0. *Freyberg* $\frac{1}{2}$.
Simul $46\frac{1}{2}$.

FRIBERGVM vulgo Freyberg/ Misniæ oppidum nobile, ac opibus ab fodinarum metallicarum præstantiam affluens, in Suditorum montium pede, qua parte ad Misniam spectant situm, prima fundatione constructum est ab Ottone Marchione Conradi Marggrauij filio, Frederici AEnobarbi Aug. temporibus, imperij sui anno 19. Venæ auro grauidæ, non hominum industria & arte, sed fortunato & mirabili casu inuentæ, nempe à vehiculi rota detectæ, augustissimo Freybergæ oppido dedere initium. Muntzbach riuulus oppidum interfecat, nec procul inde Muldam fluuium Freyberga habet, quo ligna, rei domesticæ & ædificijs necessaria, ex Boiemia advehuntur. Ante portam D. Petri fons est Lepræ curandæ idoneus. Anno 1540. iussu Henrici Ducis conscripti sunt omnes, qui eo anno duodecimum ætatis annum excedebant, inuentaque sunt vltra 32663. capita.

Hoet 1. *Langenavv* 1. *Zinhoven* 1. 0. *Dresden* 1.
Simul 4.

DRESDA vulgo Dreßden/ in Misnia vrbs aspectu situq; amœnissima, firmissimo murorum circuitu; foueis propugnaculisque ad hostium propel-

pellendos insultus probe munita, publicorum ædificiorũ ædiumq; priuatarum singulari nitore, cũ præcipuis Misniæ vrbibus decertat. Eam Albis allabitur, eiusq; margines pons, stupenda ob longitudinem serie, ex saxo durissimo fornicatus coniungit, habens in citeriore latere Dresam antiquam, frequenti habitatore celebrem. Quod ad loci aërisque salubritatem attinet, eam quidem exuberans Soli fertilitas, grataque cœli clementia, tantam suppeditat, vt Saxoniæ Principes Electores in hac sedem fixerint. Arx, omnium, qui eam viderint iudicio magnifica, Dresdam exornat, illa quadrato & secto ad regulam saxo, ingenti sumptu constructa: & opportunis ad defensionem muris machinisque mirè exculta atque conspicua, in ea Armamentarium spectatur, omni Armorum & machinarum genere globorum item ac puluere maxima copia instructissimum. In eo Thoraces ferrei, & permulta Cataphractorum corpora, cæteraque bello necessaria, singulari diligentia ac cura asseruantur, quibus bene, plenus amplissimusque exercitus, contra quoscumque motus subito armari ac instrui posset: quod si hoc loci, Scorpiones, Falcones, Mortarios, Ruptores, aliaque stupendæ magnitudinis ac ponderis tormenta muralia, eorumque nitorem ac formas enodatè recensere vellet aliquis, verendum ei esset, ne veritatis limites transgressus esse existimetur, ab ijs qui tantum, tamque magnificum rerum bellicarum apparatum nunquam viderint: illud interim affirmari potest, non vllum in vniuersa Germania Armamentarium reperiri, quod huic Dresensi non pal-

mam

mam deferat. Territorium huic vrbi vicinum, læta agrorum fertilitate excellit; quocunque oculos verteris, amœnissimi horti arboribus herbisque generosis culti visuntur, quorum parietes reticulati, variorum fructuum vbertate, magna cum voluptate spectantium latissimas consitasque areas cingunt.

o.*Raddeburg* 2. o.*Ortrandt* 2. o.*Rulant* 2.
Senfftebeg 1. *Salgast* 2. o.*Finstervvald* 2.
o.*Sonnevvald* 1. o.*Calavv* 2. o.*Luben* 2.
Bibsrstorff 1. *Auffm Sand* 1½. *Zur fehre* ½. *Beskovv* 1.
Mertensdorff 1. *Mulrase* 1. o.*Fräckfort an der Oder* 2.
Simul 24.

FRANCFORDIA ad Oderam vulgo Franckfort an der Oder/situ excellit. Ab ortu eam interlabitur Viadrus fluuius: hodie Odera dictus, piscium copia abundans, ab Occasu verò, Meridie & Borea sunt vineta innumera, collectaque vina per Viadrum in Pomeraniam, Daniam, Borussiam & vicinas partes distribuuntur; diceres hic Bacchum, Cererem, Naiades & Dryades habitare. Desunt tantum metalla & aromata, alioqui multarum rerum hic cornucopia. Habet satis fœni & lignorum. Tradunt Annales eorum, ciuitatem primum fundatam & extructam anno 1253. per Gedinum ab Hertzberg, commissione Ioannis primi Marchionis Brandenburgensis, atque ordinatam pro mercibus deponendis, quæ terra & fluuio illic deferuntur. Plerique ciues de sua negociatione, præsertim piscium, vini & annonæ, quorum maxima ibi est copia solliciti sunt, publicum in hac ciuitate Gymnasium institutum fuit ab illustriss.

Prin-

PrincipeElectore Ioachimo ex LipsensiAnno 1506. ab Imp. Maximiliano varijs priuilegijs ornatum; in quo iam inde ab initio, in omni artium atq; linguarum genere præstantissimi Doctores fuerunt.

Lubus 1. *Liesse* 1. o.*Furstenfelt* 3. *Schonfließ* 3. o.*Piritz* 3. *Damitz* 2. *Clitzavv* 1½. o.*Stargard* ½. o.*Dalovv* 1. o.*Massavv* 1. o.*Nugartin* 3. o *Platovv* 1. *VValdborch* 1. o.*Colberg* 3. Simul 25.

COLBERGA vrbs est Pomeraniæ vulgo Colberg dicta ad mare Balthicum. Eam Persandt vulgo dictus fluuius alluit.

ITER AVGVSTA VINDEL. COSLINVM.

VValdborch in itinere præcedenti numerantur mil. 96. o.*Corlin* 3. o.*Coslin* 3. Simul 102.

COLBERGA vulgo Colberg/oppidum est ad maris Balthici littus.

ITER AVGVSTA VINDEL. GEDANVM, siue DANTISCVM.

Dresdam vsque numerantur mil. 50½. *Pulsnitz* 2. *Camitz* 1½. o.*Hoiersvverda* 3. o.*Tribel* 2. o.*Forst* 3½. *Guben* 2. *Crossen* 2. *Paradiß* 1½. o.*Sternberg* 1. *Lage* 1. *Czilentzig* 1. o.*Landsperg* 3. *Frideberg* 3. *VVoldenberg* 2. *Jegersburg* 2. *Teupitz* 3. o.*Landec* 5. *Byton* 8. *Carthaus* 10. o.*Dantzingk* 5. Simul 112.

Aliud iter DANTISCVM per RATISBONAM, PRAGAM, GORLITIVM, DOSNAM, DANTISCVM; indeq; KONIXBERGVM, RIGAM, & REVALIAM.

o. *Friedberg* 1.	*Daytma* 1.	o. *Aicha* 1.	*Kreut* 1.
o. *Schrobenhausen* 1.	o. *Hohenvvart* 1.	*Poetenbach* 1.	
o. *Geisenfelt* 2.	*Schvveig* 1.	o *Neustat* 1.	
o. *Abensperg* 1.	*Abach* 2.	o. *Regenspurg* 2.	

Simul 17.

RATISBONA vulgo Regenspurg/ vrbs est antiqua & populosa, olim Metropolis Boiorum; qui à Romanis Italia pulsi in Germaniam migrantes, teste Strabone Hercyniæ partem, & Istro vicina loca occuparunt; & apud Tauriscos sedes fixerunt. Alluit autem hanc Danubius, quo loco Nabam, Labaram & Imbrem amnes recipit: Ab Imbre populari idiomate Regen / vernacula lingua Regenspurg appellatur: Latinè autem Ratisbona, quod in illo trium fluuiorum concursu, nauibus & ratibus bonam & commodam stationem præbeat, propterea bellici apparatus sedem, maximi Principes aliquot olim hanc sibi fecere, quod commeatum vndequaque importando per amnes ibidem confluentes, magnam habeat facilitatem. Tiberium Cæsarem bello Vindelico & Illyrico coloniam eo deduxisse, & Tiberianam nominasse quidam aiunt, & ad custodiam limitum firmasse statione continua legionis quartæ Italicæ, & nuncupatam propterea quartanorum coloniam. Cæterum constat Carolum Magnum Imp. liberata iugo Longobardorum Italia, eorumq; Rege Desiderio capto, cùm aduersus Taxilonem Boioariæ regulum, Desiderij generum, eiusdemque confœderatos Hunnos duceret exercitum, Taxiolonem metuse suaque omnia dedentem, captis obsidibus, clementer accepisse in gratiam, Hunnos perduelles Christianæ reli-

gionis hostes maximis cladibus ad internecionem deleuisse, & Ratisbonam eodem bellorum turbine inuolutam vi cepisse, adq; Christianam religionem compulisse. Successu deinde temporum, vrbs illa, bonis legibus constitutis plurimum incrementi cepit, quamuis aliquãdo Principum Germanorum bellis, varijs cladibus fuerit affecta. Propter eius vrbis opportunitatem, & annonæ facilem copiam crebro omnium ordinum imperij conuentus Augusti Cæsares, eo conuocare solent. Visu digna est Basilica, S. Petri perampla & magnifica: S. Emerentiani monasterium vetustate & ædificijs augustum, ab Arnulpho Imp. muris inclusum & adornatum, in quod ipse victor à Normannorum cęde rediens, Dionysij Areopagitæ ossa transtulisse dicitur, cum libro Euangeliorum, aureis literis ornatissimè descripto. Danubij pons lapideus, è quadratis saxis satis eleganter extructus, ciuitatem cum suburbio iungit. Ratibus impositæ molarum aquariæ machinæ, magnæ & ingeniosæ inuentionis officinæ, nullo manuum auxilio, sed aquarum lapsu & versatilium rotarum labore continuo, noctu dieq; ad nutum vnius hominis operantur. Lignariæ moletrinæ vasti ponderis trabes, arbores etiam immensas sua sponte ex vndis exurgentes, in tabulata ac pontes, sese stridentibus subsilientium ac multiplicium Serrarum dentibus ingerentes, in plures, vno tracti, breui temporis spatio, tabulas partiuntur: ibi quoque Chartariæ sunt, quæ trabium pluribus Pistillis, magno strepitu, linteorum fragmenta tundunt, & in pultem conterunt; ex hac candidissimæ & tenuissimæ chartarum paginæ, in

qui-

quibus omnis æui memoria permanet, facili ac festiuo labore formantur.

Zeydlarey 1. *Regenstauff* 1. *Trachenstain* 1. *Nitnavv* 1. *Pruck* 1. *Neukirchen* 1. *Retz* 2. *Arnstein* 1. *VValdmunchen* 1. *transeunda est sylua Boëmica* o. *Taintz* 4. *Klodko* 2. o. *Pilsen* 2. *Rockizan* 2. *Zervvitz* 1½. *Schebrac* 1½. *Beraun* 2. o. *Prag* 3.

Simul 28.

PRAGA vulgo Prag/ regni Bohemiæ Metropolis, vrbs antiquissima ad ripam Multauiæ fluminis in amœnissima & patentissima valle, inter colles & vineta cœlo saluberrimo sita, in tres diuisa partes seu ciuitates, nempe Pragam veterē, nouam & paruam, quæ singulæ suam peculiarem habēt iurisdictionem suumq; proprium Senatum. Praga vetus, dexterum latus Multauiæ occupans in ipsa vallis planitie est, vniuersa magnificis adornata operibus, inter quæ pulchriora habentur Prætorium seu Senatoria domus, cum Turri, Læta Curia, cum Templo Deiparæ Virginis: Academia Caroli quarti, cum alijs nonnullis collegijs: Emporium pannicidarum & pellionum: Curia vetus vulgo Rychta. In turri Prætoriana est insigne Horologium, cui par, vix toto orbe terrarum reperitur. A veteri Praga in minorem est pons amplissimus supra Moltauiam è quadrato saxo constructus, in sedecim magnos Arcus seu Fornices porrectus; habens in aditu & in exitu duas insignes Turres per vias; quo ponte vix tota Europa est celebrior alter, si robur spectes. Longitudo est 872. cubitorum Pragensium, latitudo quantam quatuor currus iuxta se collocati, occupare possent, in minori

Praga est arx S. VVenceslai, hodie regio domicilio, palatio magnificentissimo, & templo B. Viti augustissimo conspicua. Regius hortus iuxta fossam arcis altissimam, situs, varijs arboribus ac stirpibus non tantum domesticis, sed & peregrinis ex Italia, Hispania & alijs longinquis regionibus, huc allatis & plantatis instructissimus, opereque Topiario fragrantissimus: Hic videas mala punica, Citria, Limonia, Aurantia, non infeliciter prouenire: Olera & herbas exurgere intra Laminas ferreas, instar literarum formatas, & apto contextu orationem dominicam exprimentes. In hoc horto aluntur Leones, intra ligneos cancellos inclusi. In penitiore huius viridarij secessu, habetur domus elegātissima saxea, ad refectionem, deambulationem, & omnem prospectum concinnatissima, nam duos habet ambitus, inferiorem & superiorem. Inferior est Porticus, columnis teretibus, æquali interstitio circumquaque positis. Superior est Subdialis, cuius extremitates sunt continua series lapidum, in quibus variæ imagines, ex veteribus historijs & Poetis artificiosissimè excisæ, iucundissimū præbent spectaculū. Ab hoc horto vnius stadij interstitio: extat viuarium regium, muris longo circuitu septum, sed non est conferendum ad nouum illud, quod Serenissimus Archidux Ferdinandus, quatuor à Pragensi castro stadijs dissitum, condidit, & spatiosissimo murorum ambitu cinxit, in cuius meditullio magnificentissimum, cultissimumq; stat Palatium, ad figuram Stellæ fabrefactum, vnde ei nomen datum; Pauimentum habet ex marmore tessellato, nitidissimum & conclauia multa, picturis elegantissimis ornata.

O. *Pran-*

o.*Prandis*	2.	*Iungen Buntzel*	4.	*Boleskavv*	2.		
o.*VVeisvvasser*	2.	o.*Niemitsch*	3.	*Gabel*	2.		
o.*Sittavv*	2.	*Hirsfeld*	1.	o.*Gorlitz*	3.		

Simul 22.

GORLITZIVM vulgo Gorlitz / nobilissimum superioris Lusatiæ oppidum, ædificiorum nitore atque frequentia clarum, murorum fossarumque ambitu, situ montoso, & Nissæ fluminis propinquitate firmum, ex quo molitores, cereuisiarij, tinctores alijque eius oppidi ciues, infinitas percipiunt commoditates. Eius transitus ponte ligneo, cuius tectum percommodè clausum est, coniungitur. Præ cæteris autem tam publicis, quam priuatis ædificijs magno sumptu perfectis, Ecclesia vni Deo nomine D. Petri dicata, & ciuica domus, præclara turri conspicua, eminet. Oppidum ipsum prima fundatione constructum anno 1131. eius Annales perhibent. Funesto verò deinde incendio anno partæ salutis 1331. immitis Vulcani feritate consumptum, vt ne vnica quidem domus remanserit. Post eam ruinam, anno fere octauo venustè reparatum fuit.

Bentzing	1.	*Sprottavv*	4.	*VValtersterff*	1.
Gabel	1.	*Grabeck*	1.	o. *Glogavv*	1.

Simul 9.

GLOCOVIA vulgo Glogaw/ Silesiæ oppidum celebre, Ducatus dignitate clarum.

Fravvstat 4. *Storcknest* 4. o.*Costyan* 3. *Mossch* 4.
o.*Posna* 4. Simul 19.

POSNANIA vulgo Posna/ ciuitas insignis, maioris Poloniç Metropolis ad Vartham fluuium nauigabilem & Posnam amnem intra colles con-

dita, muro duplici fossaque profunda cingitur. AEdes in ea pulcherrimæ insigniterque ex lapidibus sectis constructæ. Arx murata in eminentiore colle intra Vartham & Posnam fluuios sita, In vlteriori Varthæ ripa sunt suburbia amplissima, stagno ingenti paludibusque circundata, quæ frequenter cum circumiacentibus pagis, exundatione Varthæ obruuntur adeo, vt aliquando summitates ædificiorum solummodo ex aquis appareant, ipsaq; ciuitas in muro aliquando inundatur, vt in foro, plateisque passim nauigatur, crassantur hæ inundationes duobus tribusque aliquando diebus. Nundinas Posnania valde celebres quotannis habet ternas.

o. *Klotzko* 4. o *Golan* 5. o. *VVienczburg* 4. o. *Crone* 4. o. *Kirschavv* 10. *Stargart* 3. *Schonec* 1. o. *Dantzigk* 5. Simul 35.

GEDANVM siue DANTISCVM vulgo Dantzigk/florentissima Prussiæ vrbs, ex tribus coagmentata est. Portu, naualibus & horreis nobilissimis, copia & varietate mercimoniorum, partim maritimorum, ex toto Occidente & Septentrione, partim terrestrium & fluuiatilium ex diuersis mundi partibus, & ex maxima Vistulæ præterlabentis opportunitate abundans, munitione firma, ciuium industria cum humanitate & frugalitate coniuncta; magistratuumque diligentia & authoritate etiam firmior. Si quis Gedani magnificentiam planè regiam, propugnacula, vallum ac mœnia: si priuatas ciuium, publicas etiam Reip. ædes, in quibus incredibilis impensarum sumptus, cum accuratissima artificum industria, nescio quo fastu de-

decertare conſpiceret: ſi capacitatem portus, & incredibilem in eo maximarum nauium frequentiam: ſi ciuilem politiæ ordinem: ingentes publici ęrarij opes: ſi denique Tormentarij pulueris molam, ſeptem naturæ ſtupendis adnumerandam videret, propitio numine diuum felicibuſq; Dei immortalis auſpicijs, eam vrbem, cuius tam exilia & tenuia fuëre principia, recenti hominum memoria, in tam florentem excreuiſſe Rempub. fateatur neceſſe eſt.

Schonburger fehr 4. o. *Elbing* 5. o. *Fravvenburg* 4. o. *Braunſperg* 3. o. *Heiligpeil* 2. o. *Balga* 2. o. *Brandenburg* 4. o. *Koniſperg* 2. Simul 26.

MONS REGIVS ſiue KONINGSBERGVM vulgo Konigſperg / Pruſſiæ nunc Ducis ſedes, ad Chronum ſeu Bregalam amnem, Bohemiæ rege Ottogaro ſuadente, à Crucigeris prima initia anno Chriſti 1254. ſumpſit, excitata primum arce, qua feroces Prutenorum ceruices, ſuaui Chriſti iugo nondum aſſuetæ, in officio retinerentur, eoque à primo inuentore Mons Regius cognominatur; cui oppidulum anno ſequenti coniunctum fuit, eo loci vbi nunc D. Nicolai Fanum conſpicitur, ſed deficientibus Prutenis & ſeditionem aduerſus Ordinem Teutonicum concitantibus, anno Chriſti 1260. recens id oppidum exuſtum ac dirutum. Vrbs mox alia arce propinqua conſtruitur, vbi oppidum nunc vetus exiſtit. Temporis deinde ſucceſſu, dum loci ſituſque opportunitate, nouæ vrbis dignitas augeretur, aliud excitatum eſt oppidum ab hac Bregela amne diſtinctum, ab Ordinis commendatore Bartholdo, ex ſtirpe

Austriaca anno Christi 1300. tunc quidem nouum oppidum, iam verò de Lebenicht cognominatum. Oppidum denique tertium Kniphoff nomine, anno salutis 1380. accessit, à celeberrimi nominis magno Magistro VVinrico Knipenrode constructum loco vliginoso & paluduso, quare sistucatis vt plurimum Palis nititur. Tria autem hæc oppida, frequentissimo & opulento habitatore culta, copiosa habent & ampla, diuersarum appellationum suburbia, adeo populosa, vt vno frequenter tecto (cellas etiam subterraneas inhabitant) 5.6.8. quandoq; etiam decem comprehendantur familiæ. Vrbes hę tres diuersæ, quemadmodum & suburbia, Ecclesijs pulcherrimis, ædificijs etiam publicis & ciuium priuatis, coctο ex lapide decorantur, ne incendij deformentur furore. Arx ipsa, Ecclesiam magnifilem exhibet: vrbs vetus Basilicam parochialem. Ciues præter mechanica exercitia, negociationem maritimam tractant: Frumenti vim magnam distrahunt, cinerum, picis aridæ & liquidæ (Charz Germani vocant) Salis, Lini, Canabis, Ceræ, Seui, lignorum vulgo Wagenschot/Mellis, Medi (ex melle dulce est potus genus) quæ omnia abundè suppeditat Liuonia. Lingua vtuntur Konigspergenses Germanica, quadam etiam vulgo Kroegelischs nuncupata. Qui ab obsequijs & ministerijs sunt ciuibus, vt natione ac patria, ita quoque lingua sunt diuersi. In regione autem ipsa præualet Prutenica. Vrbs denique ipsa Chrono seu Bregela flumine admodum copioso atq; piscoso distinguitur, qui in Venedicum sinum se exonerans, onerarias dorso sustinet naues; Fluuij margines pontibus septem coniunguntur,

tur, iuxta arcem lacus sunt bini, quos amnis Kang-bach vulgo nuncupatus permeat, & Bregele deinde aquis miscetur. Ager vrbi vicinus, gleba frumento idonea, pascuis & cultissimis hortis præstat, planus est, mõtes hinc inde aliqui, sed non admodum magni consurgunt.

Krantzkrug	3.	*Negelkrug*	7.	*Rosinkrug*	5.
Memel	3.				Simul 18.

Aliud iter vsque Memel indeque RIGAM.

Gantem	3.	*Sarkavv*	3.	*Zum Kreutz*	3.
Niede	3.	*Zum Engel*	3.	*Memel*	3.
Polangen	3.	*Hic pēditur graue vectigal seu Telonium.*			
Heiligavv	2.	*Pappensee*	2.	*Sibertzkrug*	2.
o.*Liba*	2.	o.*Grubyn*	2.	*Durben*	2.
o.*Hasenpot*	4.	o.*Goldingen*	3.	*Sebel*	5.
o.*Candavv*	2.	*Tukum*	3.	*Vlrichskrug*	2.
Kavvenkrug	3.	*Bolderaukrug*	4.	*Iorgenhoff*	2.
o.*Riga*	3.				Simul 64.

RIGA celeberrima totius Liuoniæ Metropolis, ab Alberto tertio Liuoniæ Episcopo primum condita, & muris cincta anno Christi Millesimo ducentesimo muro fortissimo, propugnaculis & turribus densis, bellicis apprimè munitis, valloque tribus ordinibus tormentorum vndequaque munito: fossis duabus ex vtraque parte circũdata, & stipitibus acutis circumsepta, rebus bellicis, Tormentis & commeatu copioso, militibusque stipendiarijs pacis & belli tempore bene prouisa. In ea quoque est arx bene munita, rebusque omnibus optimè instructa: Eam ante paucos annos Gothardus Kettler Churlandiæ Dux, Regis Poloniæ

 cliens,

cliens, regis nomine administrauit, nullum autem in ciuitatem dominium habuit: Administratorem enim seu Capitaneum aliquem, ciues sibi dominari, libertatem asserentes, non patiuntur, sed obedientiam & Tributa Regi Poloniæ fideliter exhibent, ipsique ciuilibus legibus vrbem administrant. Rigam cum arce Duna fluuius amplissimus alluit, duobusque à Riga miliaribus in magna Liuoniæ sinu exoneratur. Ad Rigam naues ex Suecia, Dania, Holsatia, & cæteris remotis prouincijs appellunt. Ex Russia & Lithuania, cineres Asseres, ligna cæsa & leuigata, omnis generis, ad naues fabricandas, frumentum quoque grandi copia, aliaque importantur. Celeberrimum Emporium est Riga, quamuis duobus miliaribus à mari seu sinu magno Liuoniæ distat, tamen omnigenæ naues facillimè sub ipsa mœnia vrbis appellunt.

Sauholm 12. *S.Kileysoul* 12. *Hapsel* 10.
Simul 34.

HAPSELIA vulgo Hapsel/arx est principalis, cũ ciuitate, in qua est Ecclesia Cathedralis. Eam Rex Sueciæ vi ad deditionem coegit.

Revel 15.

REVALIA vulgò Revel/vrbs celebris cum arce munitissima, ad sinum posteriorem Liuoniæ. Ab exercitu Sueciæ Regis occupata est, monetam Reualienses propriam, quadrangularem cudunt.

Tolsburg

TOLSBVRGIA vulgo Tolsburg / arx ad sinum posteriorem Liuoniæ inter Neruam & Reualiam ciuitates æquali distantia sita est.

o.*Ner-*

o.Nerua 18.

Aliud iter RIGA NARVAM per DORPATVM.

Nevvmul	3.	*Nittavv*	7.	o.*VVenden*	2.
o.*VVolmar*	3.	*Lode*	3.	*VValck*	4.
Odenpel	3.	*Althorn*	2.	o.*Derpt*	1.

Simul 28.

DORBATVM vulgo Derpt/ olim sub ditione Russorũ existens anno 1230. ab Ordinis Theutonici Magistro Volquino vi capta est, & à socio victoriæ Hermanno Abbate Bremense Episcopi sedes facta fuit. Anno 1558. eam hoste vix viso, nec vllo oppugnationis aut defensionis conatu edito, Episcopus, Nobilitas & ciues consternati, Moscho, liberam manendi aut discedendi facultatem singulis relinquenti tradiderunt, tametsi clam ab Episcopi cancellario vocatum Moschum & subiectionem ipsi promissam ferunt.

Vsq; ad lacũ Peibas, qui vulgo Beilvveisser See dicitur 6.
Transmitte lacum Peibas, qui protenditur ad mil. 12.
Vsque ad pagum ad ripam alueι ducentis Neruã mil. 5.
o.*Nerua* ½. Simul 23½.

NERVAM cõdidit anno 1223. Daniç Rex VValdemarus secundus, & insigni regni Daniæ, tribus videlicet Leonibus ornauit, Mosch exercitus Naruam oppidum extremum Liuoniæ, versus Euro Aquilonem propugnaculum obsederat, idque tandem, orto in oppido fortuito incendio oppugnatum, vna cum portu maris commodissimo, in potestatem redegit anno 1558. capta Narua, tantus terror ac consternatio equites Liuones, arcium & regionum vicinarum Præfectos, inuasit, vt VVesenbergam, Tolsburgum, Nienhus, VVarnebeck,

beck,Ringen,Lais,Ouerpalen, & alias arces sponte desertas, Moscho, sine cæde & sanguine, & sine vllo oppugnationis conatu, occupandas relinquerent. In hoc victoriæ cursu Moschi exercitus,Nouodomum, Episcopi Derbatensis oppidum deditione capit sicut & Derbatum.Anno 1581.Narua cùm à Suecico exercitu,Duce Ponto de laCardia obsessum antea aliquotHebdomadis fuisset,vi expugnatum,& Moschis ereptum,in Suecię regis ditionem &potestatem concessit.Russica Narua,fluuio à priore dirempta, certis conditionibus se Suecis dedidit,qui progressi eodem victorię cursu,Iammagrodum & Coporiam Russiæ arces & prouincias,& in Liuonia opulentissimam præfecturam VVittenstein recuperarunt:denique successus adeo fœlices Sueci eo anno habuerunt , vt Stephanus Poloniæ Rex,ad Plescouiam desidens,se laborem & pericula belli sustinere, Suecos fructum victoriæ decerpere (significans,dum ipse casses & retia custodiat, à Suecis apros capi)diceret.ideoque ad pacem cum hoste faciendam properaret.

ITER AVGVSTA VINDEL. VVRATISLAVIAM,VVARZOVIAM,GRODNO,& VILNAM.

Pragam vsq; numerantur in itinere præcedenti mil. 45

o.*Daußim*	3.	*Limpurg*	3.	*VVelis*	2.
o.*Bisschovve*	2.	*Iaromirs*	4.	*Scalitz*	1.
Nahod 1. *Lesin*	2.	o.*Reinhart*	1.	*Gletz* 3. *Varta*	1½.
Franckenstain	1.	*Nimitsch*	2.	o.*Breslavv*	4.

Simul 76.

VVRATISLAVIA vulgo Breßlaw/ Silesiæ Me-

Metropolis ad Oderæ & Olanæ fluuiorum confluentem ſita eſt. A VVratislao Bohemo condita, & ab eo ſic dicta. Parua huius vrbis initia fuiſſe anno Chriſti 965. ex eo euidens eſt, quod in Auſtrali ripa Oderæ tres tantum vel 4. domus turritæ (quarum veſtigia adhuc ſuperſunt) in quibus haud dubiè duces Quadorum habitarunt, exſtitere. Si quis huius vrbis ſitum, ſplendorem ædificiorum, turrium atq; templorum ſtructuram, atque conuenientem platearum ordinem intuetur, item & Soli circa vrbem fertilitatem, mercaturam & rerum abundantiam, quæ circa vrbem naſcuntur, & ex diuerſis orbis partibus in vrbem aduehuntur conſideret, cum præcipuis eam Germaniæ vrbibus certare dixerit, paucas aut nullas ei præferendas cenſebit.

o.*Olſs* 4.	*Sziczon*	3.	*Kobelgura*	4.	
Grabavv	3.	o.*VVarta*	4.	*Vnienovv*	4.
o.*Lancicia*	4.	*Pyateck*	2.	*Sobota*	2.
Lovvitz	5.	*Szachiſchovva*	4.	*Blonie*	4.
o.*VVarzouia*	4.			Simul	47.

VVARZOVIA vulgo Warſchow / vrbs eſt Poloniæ celeberrima.

o.*Radzinum*	5.	o.*Kamieniecz*	5.	*Lino*	2.
Oſtrovv	5.	o.*Kezemien*	6.	*Narevv*	5.

per ſyluam vſq; o.*Grinki* 5 *Odzielsko* 3. o.*Grodno* 5.
Simul 40.

GRODNA vulgo Grodno / oppidum Lithuaniæ ad Cronon fluuium nunc Nieme dictum, partim in monte, partim in plano, pro regionis iſtius conſuetudine conſtructum eſt, in eo perpaucę ſunt domus contiguæ, paucæ lateritiæ, ſed ex materia rudi ſtructura compoſitæ, nec muro circundatum

eſt,

est,nec propugnaculis,portis aut turribus firmum. Arcem habet & domum regiam, editiore in monte sitam,tutam Regi Poloniæ sedem præbens. Tria in eò murata conspiciuntur templa, nam reliqua omnia lignea sunt, vnum Polonis cedit, duo Ruthenis assignata sunt, in quibus ipsi peculiari ritu sua sacra peragunt. Duo etiam templa Rutheni alterum ligneum forma rotunda, alterum lateritium in suburbijs habent. Campanilia non ipsis templis sed ante Ecclesiarum ingressum, vt plurimum videntur: ædificium nimirum ligneum axibus & palis innixum,atque Fistucis impactum, transuersisque trabibus colligatum atque compositum, lapidum mole superiniecta, vnde Turris deinde consurgit, campanam, qua ad Ecclesiastica exercitia conuocantur, in summitate ferens. Eiusmodi etiam columnæ ligneum pontem sustentant, qua vtraque Nieme fluminis ripa coniungitur. Anno Millesimo quingentesimo septuagesimo septimo Sigismundus Augustus Poloniæ Rex, Magnus Lithuaniæ Dux &c.comitia in hoc oppido habuit, quo Magni Moscouię Ducis legati,1200.viri superbissimo vestium apparatu venustè ornati,& inæstimabilis pretij onusti muneribus aduenerunt, quibus peculiaris, ruri iuxta oppidum locus, limitibus septus assignatus est, in quo ipsi tentoria & domicilia castrensia erexerunt,quem ipsis,sine Polono comite egredi,non fuit licitum. Eo etiam solenni pompa incredibilique fastu Turcarum, Tartarorum & VValachorum Oratores cõuenere, qui diuersis in locis à Poloniæ proceribus, sub patenti cælo sunt excepti. Mirabile dictu, quãtis falsorum

Deo-

Deorum ſuperſtitionibus oppidani ac tota paſſim Lithuania contaminata fuerit, antequam Chriſto fidem nomenque dedere.

Orzla	4.	*Rednicza*	2.	*Orani*	5.
VVolkinik	2.	*Rudniki*	3.	o.*Vilna*	3.

Simul 19.

Aliuditer GRODNO VILNAM.

Prelay 2. *Volkinik* 10. *Rudniki* 3. o.*Vilna* 3.

Simul 18.

VILNA admodum populoſa ampla & Epiſcopalis Magni Lithuaniæ ducatus illius magni vrbs indigenis Vileſzki, Germanis autẽ die Wilde/ communicatum habet à flumine præterlabente, eiuſdem appellationis nomen, quod in finibus in Lithuanorum ortum, Niemen, fluuio coniunctum, Mari Pruthenico miſcetur, muro eſt cincta, & portis quæ nunquam clauduntur. Domus in vniuerſum ſunt ligneæ, depreſſæ ac humiles, nec cubilibus, nec coquinis, imo nec ſtabulis, licet iumenta & beſtias complures alant, diſtinctæ, nec optimo etiam delectu collocatæ certis quibuſdam plateis exceptis, in quibus ab exteris nationibus, quæ commerciorum gratia hanc vrbem frequentant, lapideæ & elegantes conſtructæ ſunt ædes, quibus Germanorum & Palatij vicus condecorantur. Regium eſt Vilnæ palatium, alterum admodum amplum, plana cœnaculorum ſtructura celebre: Alterum turribus in monte conſpicuum, ad radices habens Armamentarium, in quo machinæ bellicæ omnis generis non paucę videntur, cùm tamen in tota Lithuania, nulla vllius metalli ſectura ve-

venave reperiatur. Templa ſunt pleraque lapidea; quædam etiam lignea, diuerſas namq; diuerſarum religionum cultoribus ſectæ ſuæ exercitium permittitur. Elegans eſt Bernardinorum cœnobium ſecto ex lapide, venuſta ſtructura clarum, quemadmodum & Ruthenorum Aula, in qua ipſi merces ſuas ex Moſcouia allatas, diſtrahunt, vtputa Luporum, vulpium maximè albarum, Martium, Zabellarum, Hermelinorum, Leopardorum, & nobiliſſimas id genus pelles. Fontes diuerſis in plateis habent, ad publicos oppidanorum vſus varios, omnes tamen ex eodem capite, iuxta Germanorum portã conſtituto, deriuatos. Suburbia non ſunt, quemadmodum in vrbibus bene conſtitutis varia, diuerſis diſcreta nominibus, ſed vno & perpetuo quodam ſuburbio ſepta & circumuallata Vilna conſpicitur, vbi infinitus ædicularum numerus nullo delectu, nullo platearum ordine, ſed pro agreſti barbarorum voluntate prout ſors & occaſio tulit, quaſi conſitus videtur: caſas namque has ex Pinorum aliquot Trabibus rudi ſtructura compactas, deferunt quo libuerit, indiſcriminatimque eas collocant. Extra portam, quę regiam reſpicit arcem, dimidiato à Vilna miliari, Sigiſmundus Rex, domum, regiam illam quidem, ſed totam ligneam, ab vrbanis curis receſſui & recreationi cõſtruxit cum nemuſculo & viuario, in quo omnis generis feræ ſumptu permagno aluntur, vulgo VVerſupa, id eſt, iuxta aquas, quibus vicina eſt, dicitur. Vilnenſis porrò populus, & quotquot ibidem ſuburbanas incolunt caſas, agreſtis ſunt ſeruiliſque ingenij, artibus planè nullis, aut liberalibus diſciplinis culti, nec iiſ-

dem

dè deditì, inertes, desides ac ignaui: libertate nullâ fruũtur, sed serui sunt, & mancipiorũ instar à nobilitate habentur. Quo etiam ipsi vitę genere (auditu mirum) delectari videntur: Dominos namq; suos, tum primum amant, ipsisq; multò fidelius & promptius obsequia præstant, si verbis verberibusque immitius tractentur ac durius, & Heros suos, à quibus non egregiè vapulant tanquam eos, qui moribus ipsos bonis non imbuant; aut qui minus propenso erga ipsos sunt animo deserant. Vino licet careant, poculis tamen indulgent & denio. Medo ipsis & cereuisia potus est; frequentissimus vini adusti, cepæ & Allij vsus, in domibus suis perpetuò fumo oppletis (non enim vlla fumibula habent) videndi ipsis aciem adimit, vt non alibi plures, quã in hac vrbe cæci sint homines. Nullus in ædibus ipsorum ornatus nec pretiosi suppellex videtur. Parentes cum liberis, iumẽtis ac bestijs ad focum eodem in hypocausto fœdito agunt, vbi & Hospitis coniunx puerpera, duro incumbit scamno, & tertio aut quartò à puerperio die, grauissimos & domi & foris sustinet labores, nullus in tota hac vrbe lectorum vsus, imo molliter cubare vitio datur, multum est si ditiores vtantur scamno vrsina tantum pelle contecto; nec melior nobilitate præstantium conditio est, nisi quòd prestantiore vestitu, multoque argento & auro, quo onusti depictiq; incedũt; nobilitatem ostentant. Ciues vxores suas splendidius vestiri monilibusque ornari gaudent. Rusticorum omnium vilissimus eiusdemque coloris ac formæ est habitus. Nulla in ampla hac vrbe sunt Xenodochia; nulla paupertate afflictis assignata

V loca,

dita, muro duplici fossaque profunda cingitur. AEdes in ea pulcherrimæ insigniterque ex lapidibus sectis constructæ. Arx murata in eminentiore colle intra Vartham & Posnam fluuios sita, In vlteriori Varthæ ripa sunt suburbia amplissima, stagno ingenti paludibusque circundata, quæ frequenter cum circumiacentibus pagis, exundatione Varthæ obruuntur adeo, vt aliquando summitates ædificiorum solummodo ex aquis appareant, ipsaq; ciuitas in muro aliquando inundatur, vt in foro, plateisque passim nauigatur, crassantur hæ inundationes duobus tribusque aliquando diebus. Nundinas Posnania valde celebres quotannis habet ternas.

o. *Klotzko* 4. o *Golan* 3. o. *VViencʒburg* 4. o. *Crone* 4. o. *Kirschavv* 10. *Stargart* 3. *Schonec* 1. o. *Dantzigk* 5. Simul 35.

GEDANVM siue DANTISCVM vulgo Dantzigt/florentissima Prussiæ vrbs, ex tribus coagmentata est. Portu, naualibus & horreis nobilissimis, copia & varietate mercimoniorum, partim maritimorum, ex toto Occidente & Septentrione, partim terrestrium & fluuiatilium ex diuersis mundi partibus, & ex maxima Vistulæ præterlabentis opportunitate abundans, munitione firma, ciuium industria cum humanitate & frugalitate coniuncta; magistratuumque diligentia & authoritate etiam firmior. Si quis Gedani magnificentiam planè regiam, propugnacula, vallum ac mœnia: si priuatas ciuium, publicas etiam Reip. ædes, in quibus incredibilis impensarum sumptus, cum accuratissima artificum industria, nescio quo fastu de-

decertare conſpiceret: ſi capacitatem portus, & incredibilem in eo maximarum nauium frequentiam: ſi ciuilem politiæ ordinem: ingentes publici ærarij opes: ſi denique Tormentarij pulueris molam, ſeptem naturæ ſtupendis adnumerandam videret, propitio numine diuum felicibuſq; Dei immortalis auſpicijs, eam vrbem, cuius tam exilia & tenuia fuēre principia, recenti hominum memoria, in tam florentem excreuiſſe Rempub. fateatur neceſſe eſt.

Schonburger fehr 4. o. *Elbing* 5. o. *Frawenburg* 4. o. *Braunſperg* 3. o. *Heiligpeil* 2. o. *Balga* 2. o. *Brandenburg* 4. o. *Konigſperg* 2. Simul 26.

MONS REGIVS ſiue KONINGSBERGVM vulgo Konigſperg / Pruſſiæ nunc Ducis ſedes, ad Chronum ſeu Bregalam amnem, Bohemiæ rege Ottogaro ſuadente, à Crucigeris prima initia anno Chriſti 1254. ſumpſit, excitata primum arce, qua feroces Prutenorum ceruices, ſuaui Chriſti iugo nondum aſſuetæ, in officio retinerentur, eoque à primo inuentore Mons Regius cognominatur; cui oppidulum anno ſequenti coniunctum fuit, eo loci vbi nunc D. Nicolai Fanum conſpicitur, ſed deficientibus Prutenis & ſeditionem aduerſus Ordinem Teutonicum concitantibus, anno Chriſti 1260. recens id oppidum exuſtum ac dirutum. Vrbs mox alia arce propinqua conſtruitur, vbi oppidum nunc vetus exiſtit. Temporis deinde ſucceſſu, dum loci ſituſque opportunitate, nouæ vrbis dignitas augeretur, aliud excitatum eſt oppidum ab hac Bregela amne diſtinctum, ab Ordinis commendatore Bartholdo, ex ſtirpe

Austriaca anno Christi 1300. tunc quidem nouum oppidum, iam verò de Lebenicht cognominatum. Oppidum denique tertium Kniphoff nomine, anno salutis 1380. accessit, à celeberrimi nominis magno Magistro VVinrico Knipenrode constructum loco vliginoso & paludoso, quare fistucatis vt plurimum Palis nititur. Tria autem hæc oppida, frequentissimo & opulento habitatore culta, copiosa habent & ampla, diuersarum appellationum suburbia, adeo populosa, vt vno frequenter tecto (cellas etiam subterraneas inhabitant) 5.6.8. quandoq; etiam decem comprehendantur familiæ. Vrbes hę tres diuersæ, quemadmodum & suburbia, Ecclesijs pulcherrimis, ædificijs etiam publicis & ciuium priuatis, cocto ex lapide decorantur, ne incendij deformentur furore. Arx ipsa, Ecclesiam magnifilem exhibet: vrbs vetus Basilicam parochialem. Ciues præter mechanica exercitia, negociationem maritimam tractant: Frumenti vim magnam distrahunt, cinerum, picis aridæ & liquidæ (Thar Germani vocant) Salis, Lini, Canabis, Ceræ, Seui, lignorum vulgo Wagenschot/Mellis, Medi (ex melle dulce est potus genus) quæ omnia abundè suppeditat Liuonia. Lingua vtuntur Konigspergenses Germanica, quadam etiam vulgo Kroegelischs nuncupata. Qui ab obsequijs & ministerijs sunt ciuibus, vt natione ac patria, ita quoque lingua sunt diuersi. In regione autem ipsa præualet Prutenica. Vrbs denique ipsa Chrono seu Bregela flumine admodum copioso atq; piscoso distinguitur, qui in Venedicum sinum se exonerans, onerarias dorso sustinet naues; Fluuij margines pontibus septem coniunguntur,

tur, iuxta arcem lacus sunt bini, quos amnis Rang-bach vulgo nuncupatus permeat, & Bregele deinde aquis miscetur. Ager vrbi vicinus, gleba frumento idonea, pascuis & cultissimis hortis præstat, planus est, mõtes hinc inde aliqui, sed non admodum magni consurgunt.

Krantzkrug	3.	*Negelkrug*	7.	*Rosinkrug*	5.
Memel	3.				Simul 18.

Aliud iter vsque Memel indeque RIGAM.

Gantem	3.	*Sarkavv*	3.	*Zum Kreutz*	3.
Niede	3.	*Zum Engel*	3.	*Memel*	3.
Polangen	3.	*Hic pēditur graue vectigal seu Telonium.*			
Heiligavv	2.	*Pappensee*	2.	*Sibertzkrug*	2.
o.*Liba*	2.	o.*Grubyn*	2.	*Durben*	2.
o.*Hasenpot*	4.	o.*Goldingen*	3.	*Sebel*	5.
o.*Candavv*	2.	*Tukum*	3.	*Vlrichskrug*	2.
Kavvenkrug	3.	*Bolderaukrug*	4.	*Iorgenhoff*	2.
o.*Riga*	3.				Simul 64.

RIGA celeberrima totius Liuoniæ Metropolis, ab Alberto tertio Liuoniæ Episcopo primum condita, & muris cincta anno Christi Millesimo ducentesimo muro fortissimo, propugnaculis & turribus densis, bellicis apprimè munitis, valloque tribus ordinibus tormentorum vndequaque munito: fossis duabus ex vtraque parte circũdata, & stipitibus acutis circumsepta, rebus bellicis, Tormentis & commeatu copioso, militibusque stipendiarijs pacis & belli tempore bene prouisa. In ea quoque est arx bene munita, rebusque omnibus optimè instructa: Eam ante paucos annos Gothardus Ketler Churlandiæ Dux, Regis Poloniæ

cliens, regis nomine administrauit, nullum autem in ciuitatem dominium habuit: Administratorem enim seu Capitaneum aliquem, ciues sibi dominari, libertatem asserentes, non patiuntur, sed obedientiam & Tributa Regi Poloniæ fideliter exhibent, ipsique ciuilibus legibus vrbem administrant. Rigam cum arce Duna fluuius amplissimus alluit, duobusque à Riga miliaribus in magna Liuoniæ sinu exoneratur. Ad Rigam naues ex Suecia, Dania, Holsatia, & cæteris remotis prouincijs appellunt. Ex Russia & Lithuania, cineres Asseres, ligna cæsa & leuigata, omnis generis, ad naues fabricandas, frumentum quoque grandi copia, aliaque importantur. Celeberrimum Emporium est Riga, quamuis duobus miliaribus à mari seu sinu magno Liuoniæ distat, tamen omnigenæ naues facillimè sub ipsa mœnia vrbis appellunt.

Sauholm 12. *S.Kileysoul* 12. *Hapsel* 10.
Simul 34.

HAPSELIA vulgo Hapsel/arx est principalis, cũ ciuitate, in qua est Ecclesia Cathedralis. Eam Rex Sueciæ vi ad deditionem coegit.

Revel 15.

REVALIA vulgò Revel/vrbs celebris cum arce munitissima, ad sinum posteriorem Liuoniæ. Ab exercitu Sueciæ Regis occupata est, monetam Reualienses propriam, quadrangularem cudunt.

Tolsburg

TOLSBVRGIA vulgo Tolsburg / arx ad sinum posteriorem Liuoniæ inter Neruam & Reualiam ciuitates æquali distantia sita est.

o.Ner-

o.Nerua 18.

Aliud iter RIGA NARVAM per DORPATVM.

Nevvmul	3.	*Nittavv*	7.	o.*VVenden*	2.
o.*VVolmar*	3.	*Lode*	3.	*VValck*	4.
Odenpel	3.	*Althorn*	2.	o.*Derpt*	1.

Simul 28.

DORBATVM vulgo Derpt/ olim sub ditione Russorũ existens anno 1230. ab Ordinis Theutonici Magistro Volquino vi capta est, & à socio victoriæ Hermanno Abbate Bremense Episcopi sedes facta fuit. Anno 1558. eam hoste vix viso, nec vllo oppugnationis aut defensionis conatu edito, Episcopus, Nobilitas & ciues consternati, Moscho, liberam manendi aut discedendi facultatem singulis relinquenti tradiderunt, tametsi clam ab Episcopi cancellario vocatum Moschum & subiectionem ipsi promissam ferunt.

Vsq; ad lacũ Peibas, qui vulgo Beihvveisser See dicitur 6.
Transmitte lacum Peibas, qui protenditur ad mil. 12.
Vsque ad pagum ad ripam aluei ducentis Neruã mil. 5.
o.*Nerua* $\frac{1}{2}$. Simul 23$\frac{1}{2}$.

NERVAM cõdidit anno 1223. Daniæ Rex VValdemarus secundus, & insigni regni Daniæ, tribus videlicet Leonibus ornauit, Mosch exercitus Naruam oppidum extremum Liuoniæ, versus Euro Aquilonem propugnaculum obsederat, idque tandem, orto in oppido fortuito incendio oppugnatum, vna cum portu maris commodissimo, in potestatem redegit anno 1558. capta Narua, tantus terror ac consternatio equites Liuones, arcium & regionum vicinarum Præfectos, inuasit, vt VVesenbergam, Tolsburgum, Nienhus, VVarnebeck,

beck,Ringen,Lais,Ouerpalen, & alias arces sponte desertas, Moscho, sine cæde & sanguine, & sine vllo oppugnationis conatu, occupandas relinquerent. In hoc victoriæ cursu Moschi exercitus,Nouodomum, Episcopi Derbatensis oppidum deditione capit sicut & Derbatum. Anno 1581. Narua cùm à Suecico exercitu,Duce Ponto de la Cardia obsessum antea aliquot Hebdomadis fuisset,vi expugnatum,& Moschis ereptum,in Suecię regis ditionem & potestatem concessit.Russica Narua,fluuio à priore dirempta, certis conditionibus se Suecis dedidit,qui progressi eodem victorię cursu,Iammagrodum & Coporiam Russiæ arces & prouincias,& in Liuonia opulentissimam præfecturam VVittenstein recuperarunt:denique successus adeo fœlices Sueci eo anno habuerunt, vt Stephanus Poloniæ Rex,ad Plescouiam desidens,se laborem & pericula belli sustinere, Suecos fructum victoriæ decerpere (significans,dum ipse casses & retia custodiat, à Suecis apros capi) diceret. ideoque ad pacem cum hoste faciendam properaret.

ITER AVGVSTA VINDEL. VVRATISLAVIAM,VVARZOVIAM,GRODNO,& VILNAM.

Pragam vsq; numerantur in itinere præcedenti mil. 45

o.*Daußim*	3.	*Limpurg*	3.	*VVelis*	2.
o.*Bisschoyve*	2.	*Iaromirs*	4.	*Scalitz*	1.

Nahod 1. *Lefin* 2. o.*Reinhart* 1. *Gletz* 3. *Varta* 1½.
Franckenstain 1. *Nimitsch* 2. o.*Breslavv* 4.
Simul 76.

VVRATISLAVIA vulgo Breßlaw/ Silesiæ
Me-

Metropolis ad Oderæ & Olanæ fluuiorum confluentem sita est. A VVratislao Bohemo condita, & ab eo sic dicta. Parua huius vrbis initia fuisse anno Christi 965. ex eo euidens est, quod in Australi ripa Oderæ tres tantum vel 4. domus turritæ (quarum vestigia adhuc supersunt) in quibus haud dubiè duces Quadorum habitarunt, exstitere. Si quis huius vrbis situm, splendorem ædificiorum, turrium atq; templorum structuram, atque conuenientem platearum ordinem intuetur, item & Soli circa vrbem fertilitatem, mercaturam & rerum abundantiam, quæ circa vrbem nascuntur, & ex diuersis orbis partibus in vrbem aduehuntur consideret, cum præcipuis eam Germaniæ vrbibus certare dixerit, paucas aut nullas ei præferendas censebit.

o. *Olß*	4.	*Sziczon*	3.	*Kobelgura*	4.		
Grabavv	3.	o. *VVarta*	4.	*Vnienovv*	4.		
o. *Lancicia*	4.	*Pyateck*	2.	*Sobota*	2.		
Lovvitz	5.	*Szachischovva*	4.	*Blonie*	4.		
o. *VVarzouia*	4.					Simul	47.

VVARZOVIA vulgo Warszow/vrbs est Poloniæ celeberrima.

o. *Radzinum*	5.	o. *Kamieniecz*	5.	*Lino*	2.		
Ostrovv	5.	o. *Kezemien*	6.	*Narevv*	5.		
per syluam vsq; o. *Grinki*	5	*Odzielsko*	3.	o. *Grodno*	5.		
						Simul	40.

GRODNA vulgo Grodno/oppidum Lithuaniæ ad Cronon fluuium nunc Nieme dictum, partim in monte, partim in plano, pro regionis istius consuetudine constructum est, in eo perpaucę sunt domus contiguæ, paucæ lateritiæ, sed ex materia rudi structura compositæ, nec muro circundatum est,

est,nec propugnaculis,portis aut turribus firmum. Arcem habet & domum regiam, editiore in monte sitam,tutam Regi Poloniæ sedem præbens. Tria in eo murata conspiciuntur templa, nam reliqua omnia lignea sunt, vnum Polonis cedit, duo Ruthenis assignata sunt, in quibus ipsi peculiari ritu sua sacra peragunt. Duo etiam templa Rutheni alterum ligneum forma rotunda, alterum latericium in suburbijs habent. Campanilia non ipsis templis sed ante Ecclesiarum ingressum, vt plurimum videntur: ædificium nimirum ligneum axibus & palis innixum,atque Fistucis impactum, transuersisque trabibus colligatum atque compositum, lapidum mole superiniecta, vnde Turris deinde consurgit, campanam, qua ad Ecclesiastica exercitia conuocantur, in summitate ferens. Eiusmodi etiam columnæ ligneum pontem sustentant, qua vtraque Nieme fluminis ripa coniungitur. AnnoMillesimo quingentesimo septuagesimo septimo Sigismundus Augustus Poloniæ Rex,Magnus Lithuaniæ Dux &c.comitia in hoc oppido habuit, quo Magni Moscouię Ducis legati,1200.viri superbissimo vestium apparatu venustè ornati,& inæstimabilis pretij onusti muneribus aduenerunt, quibus peculiaris, ruri iuxta oppidum locus, limitibus septus assignatus est, in quo ipsi tentoria & domicilia castrensia erexerunt,quem ipsis,sine Polono comite egredi,non fuit licitum. Eo etiam solenni pompa incredibilique fastu Turcarum, Tartarorum & VValachorum Oratores cõuenere, qui diuersis in locis à Poloniæ proceribus, sub patenti cælo sunt excepti. Mirabile dictu, quãtis falsorum

Deo-

Deorum ſuperſtitionibus oppidani ac tota paſſim Lithuania contaminata fuerit, antequam Chriſto fidem nomenque dedere.

Orzla	4.	*Rednicza*	1.	*Orani*	5.
VVolkinik	2.	*Rudniki*	3.	0.*Vilna*	3.

Simul 19.

Aliuditer GRODNO VILNAM.

Prelay	2.	*Volkinik*	10.	*Rudniki*	3.	0.*Vilna*	3.

Simul 18.

VILNA admodum populoſa ampla & Epiſcopalis Magni Lithuaniæ ducatus illius magni vrbs indigenis Vileſzki, Germanis autē die Wilde communicatum habet à flumine præterlabente, eiuſdem appellationis nomen, quod in finibus in Lithuanorum ortum, Niemen, fluuio coniunctum, Mari Pruthenico miſcetur, muro eſt cincta, & portis quæ nunquam clauduntur. Domus in vniuerſum ſunt ligneæ, depreſſæ ac humiles, nec cubilibus, nec coquinis, imo nec ſtabulis, licet iumenta & beſtias complures alant, diſtinctæ, nec optimo etiam delectu collocatæ certis quibuſdam plateis exceptis, in quibus ab exteris nationibus, quæ commerciorum gratia hanc vrbem frequentant, lapideæ & elegantes conſtructæ ſunt ædes, quibus Germanorum & Palatij vicus condecorantur. Regium eſt Vilnæ palatium, alterum admodum amplum, plana cœnaculorum ſtructura celebre: Alterum turribus in monte conſpicuum, ad radices habens Armamentarium, in quo machinæ bellicæ omnis generis non paucę videntur, cùm tamen in tota Lithuania, nulla vllius metalli ſectura

ve-

dē dediti, inertes, desides ac ignaui: libertate nullâ fruūtur, sed serui sunt, & mancipiorū instar à nobilitate habentur. Quo etiam ipsi vitę genere (auditu mirum) delectari videntur: Dominos namq; suos, tum primum amant, ipsisq; multo fidelius & promptius obsequia præstant, si verbis verberibusque immitius tractentur ac durius, & Heros suos, à quibus non egregiè vapulant tanquam eos, qui moribus ipsos bonis non imbuant, aut qui minus propenso erga ipsos sunt animo deserant. Vino licet careant, poculis tamen indulgent & denio. Medo ipsis & cereuisia potus est; frequentissimus vini adusti, cepæ & Allij vsus, in domibus suis perpetuò fumo oppletis (non enim vlla fumibula habent) videndi ipsis aciem adimit, vt non alibi plures, quā in hac vrbe cæci sint homines. Nullus in ædibus ipsorum ornatus nec pretiosa suppellex videtur. Parentes cum liberis, iumētis ac bestijs ad focum eodem in hypocausto fœdito agunt, vbi & Hospitis coniunx puerpera, duro incumbit scamno, & tertio aut quartò à puerperio die, grauissimos & domi & foris sustinet labores, nullus in tota hac vrbe lectorum vsus, imo molliter cubare vitio datur, multum est si ditiores vtantur scamno vrsina tantum pelle contecto; nec melior nobilitate præstantium conditio est, nisi quod prę̄stantiore vestitu, multoque argento & auro, quo onusti depictiq; incedūt, nobilitatem ostentant. Ciues vxores suas splendidius vestiri monilibusque ornari gaudent. Rusticorum omnium vilissimus eiusdemque coloris ac formæ est habitus. Nulla in ampla hac vrbe sunt Xenodochia; nulla paupertate afflictis assignata

loca, vbi misericordiæ refouẽantur operibus. Medone, vino adusto aut crassa cereuisia temulenti ac madidi, rixantur ac litigant; mutuis sese vulneribus conficiunt & immaniter verberant. Si occidant extraneum capitale non est, sed 16. Daleris vitam tunc redimunt. Secus si Lithuanum interimãt, tum namque si homicidam fuga elabi contingat, propinqui & cognati, occisi cadauer aromatibus condiunt, vt inhumatum conseruari queat, quo, si homicidam elapsum, capi contingat, etiamnum ipsi corpus exhibeant, alioqui mortis supplicium ab ipso sumi non posset: Si autem quempiam occisum, ante captum homicidam sepeliri contingat, capitale non est, nec pecuniaria etiam mulcta punitur id factum, sed patrator facinoris captus, virgis cæditur. In suburbijs Tartari, vt plurimum habitant, cultores agrorum, aurigæ, Baiuli quorum opera hyeme mercatores vtuntur, vt carpentis suis, vicina in loca auehantur, neq; enim, aliquo quàm hyemali tempore, ad hanc vrbem accessus vel recessus patet; eo quod vniuersa Lithuania paludibus impedita sit, ac syluis horrida; hyeme autem paludibus & stagnis alta glacie concretis, niueque superinfusa, peruia sunt, nõ trita & vsitata, sed quę syderũ vsus suppeditauerit itinera. Iumenta aũt quorũ opera vtuntur, eadẽ sunt qua Aurigæ feritate robusta. Illi pane vtũtur tetro, allio, & victu admodũ vili, & scãnum aut saxum aliquod puluilli loco deligunt; Hæc stramentorum vsum ignorant, defatigata niue contectum abiguntur in remus, vbi vngula, ad abditum niue pabulum viam sibi & aditum parant. Tarteri aurigæ sedulam mercatoribus ex-

terisque fidem præbent: nisi enim scriptum fidei, diligentiæ & probitatis testimonium, ab his quos abduxerunt referāt suis Dominis, præsentissimum ipsis manet suspendum.

Nementschin	5.	*Svvintravvá*	5.	*Disla*	5.
Dríszvver	4.	*Bracziavv*	4.	*Dudina*	4.
Druia	4.	*Drissa*	4.	o.*Poloczko*	8.
				Simul	43.

POLOTIA vulgo Poloczko constat duabus Arcibus; vna in editiori loco posita, eademque media: altera quam Sclopetariorum sua lingua Mosci appellant, & oppido Sapolotta. A meridie Dunam habet, qui modico versus Occidentem flexu rectà inde Rigam tendit, ad eamque mare influit. Polotta recto è Septentrione cursu paulum versus Orientem sub Arce Sclopettariorum; inde rursum in Septentrionem declinans, radicesq; collis, in quo superior arx posita est, complexus, eandemque ab oppido separans, in meridiem versus, paulo infra eum locum cum Duna commiscetur. Media quam diximus Arx; in colle altissimos despectus habente posita, à meridie (vt ostensum est) Duna flumine; à Septentrione & Ortu Polotta fluuio oppidoque Sapolotta: ab Occidente Sole Sclopettariorum Arce, vndique in monte cui imminet prærupto, altissimisque fossis ac vallo, quouis ferè artificio factis firmioribus continetur: muros & propugnacula ex aliquot inter se deuinctis validissimorum roborum arboribus firmissima habet. Sclopettariorum Arx inferiori loco, occasum versus, in colle tamen modicè accliui posita, ab Oriente, breui ponte cum superioribus coniungitur. Oppidum, cùm olim

fuiſſet cis Polottam, ſub colle (quem Sclopettariorum poſtea Arce Moſcus communiuit) deletum in oppugnatione, Anno 1562. 15. Februarij; poſtea, cum Moſcus confirmata iam poſſeſſione propter commerciorum vſum (quorum loco tam opportuno ſumma facultas eſt) reſtaurare id inſtitueret, quod ab illa parte maximè opportuna oppugnatio ei fuerat, veritus, ne inde rurſum hoſtibus pateret, trans Polottam fluuium, atque ſummam Arcem, in locum, inter vtrumque flumen medium tranſtulit: vt poſitu eius quaſi triangulari, vnũ latus Duna, alterum verſus ſummam Arcem Polotta fluuius: tertium foſſæ Turreſque tueantur. Polotia antiquitus ſuos Duces habuit, ſubque annũ à nato Chriſto 980. Richuoldo Duci paruit: qui à Vlodimiro magno, ob negatam filiam Rochmedam (vt Moſcorum Annales habẽt) bello petitus, vitam pariter cum duobus filijs ac Imperio amiſit. Inde in Monarcharum & Principum gentis Ruſſicæ poteſtatem conceſſit: quorum extincta ſtirpe, ea quæ in Auſtrali Ruſſia regnabat: Lithuanis (vt quædam aliæ ditiones Ruſſiæ) ceſſit. Iagellone apud Lithuanos primum, inde apud Polonos regnante, cùm Andreas frater eius Polotię dominatum, ſub idem ferè tempus, quo Iagello Cracouiæ inſignia accipiebat, arripuiſſet, copijs aliquibus miſſis recepta mox fuit: continueq; in fide Regum Poloniæ, magnorumque Ducum Lithuaniæ, ad annum 1563. permanſit, quo à Ioãne Baſilij filio Moſcouiæ Duce capta expugnataque fuit. Regio Polotienſis ad 150. circiter millia paſſuum in longitudinem, totidem in latitudinem patens, cum vbertate glebæ, tum fluminum atque lacuum
copia

copia nulli cedit. Fluuios nauigabiles complures habet, præcipue Dunam, qui in Moscouia non procul à Turopecia ortus, Rigensem portum efficit, omniumque Septentrionis fluminum amœnissimus ferè ac pulcherrimus est. Secundum eum Dryssam, Vsuiatam, è Moscouia: Disnam, Vlam, è Lithuania: à Smolensco Casplam, in eundem Dunam omnes influentes. Plerorumque Lithuanicorum & Russicorum castellorum is ferè positus est, vt ad ostium aliquod humilioris fluminis, quo cum maiori coniungitur, sita sint, quæ ita sita sunt, quod maioris fluminis propinquitas pluribus cōmunis est, à minoribus fluminibus ferè omnia nomina indita habent. Hinc Polota non magnus alioquin fluuius Arci atque vrbi: vrbs regioni nomen dedit. Antequam in Mosci potestatem veniret, vna Arce atque vrbe Polotia, & castro Ieseriscia tota illa regio cōtinebatur, cæteroquin oppidis & pagis non infrequens. Polotiæ opes propter summam opportunitatem Dunæ fluminis eo vsque excreuerant, vt Vilnam caput Lithuaniæ diuitijs antecederet. Stephanus Poloniæ Rex 11. Aug. 1579. dedita, Polotiam obsedit, & post acrē oppugnationē fuit vltima Aug.

Nisch 7. *Mieschovo* 4. *Kuvadassovv* 7.
Crasiihovot 4. o. *Corsula* 3. *Opoczka* 2.
o. *Ostrovv* 7. Simul 34.

OSTROVIA vulgo Ostrow sita est in insula Velike fluminis, quodque nullos à terra aditus habeat, inde nomen id, quod insulam Slauica lingua significat, accepit. Muros ex lapide firmos; propugnacula item complura: vnum præcipuè in Septentrionali castri angulo, à quo eadem parte porta at-

que aditus in castrũ, insignis magnitudinis, ad nostræ ætatis propugnaculorum formam diligenter dimensum, ex positu, vt duo castri latera, vnũ quod ad Septentrionem, alterum quod ad orientem spectat, defendit. Occidentale castri latus, ita modico flexu lunatum; vt nulli, recta linea, secundum id latus, tormentorum ictus dirigi possint, atque ita nihil ferè ab ea parte à Tormentis periculi militi metuendum sit.

Pleskovv 2.

PLESCOVIA vrbs in lõgitudinem porrecta, qua ad occidentem spectat, angustior; à meridie Velika flumine alluitur, qui eo loco non modo nomine, sed tot alijs fluminibus receptis, re ipsa magnus, quinque infra eum passuum millibus in Pelbam lacum influit: à Septentrione Plescouiam amnem habet, qui non magno à Nouogardia interuallo ortus, vrbem (cui nomen dat) mediam secans, in Velikam illabitur in tres partes diuiditur, quæ singulæ, diuersis interiectis muris, separantur: alteram, quæ Occidentem spectat Sapskouam; tanquam vltra Plescouianam appellant. Tertia & media inter has, Arx est, quæ & ipsa, in tres partes diuiditur exteriorem, quæ ad meridiem, atque flumen Velikam pertinet Ersemnouiam: alteram Domantouam: tertiam mediam dictam: non ad Arcem sed vrbem ipsam, cuius quasi vmbilicum tenet, appellatione relata. Septentrionale latus omnium longissimum ad octo milia passuum, in longitudinem, muro omni ex lapide facto protenditur. Ad eum Moscus, Polotia, Iukisq; captis, alium ab interiori parte, terra inter binos trabũ ordines, quibus

ea

ea continerentur, latiſſimè interiecta adiecerat. Propugnacula ab omnibus partibus, ex eodem lapidis genere firmiſſima habet. Cumque veteris operis propugnacula, non ſatis æqualia inter ſe eſſent, indeque fieret, quominus directis ex vno verſis alterum tormentorum ictibus mutuo ſe protegerent, ex angulis eorum, parietibus nouis proiectis, iiſdemque altiſſimo ceſpite veſtitis, feneſtriſque per eas diſpoſitis, vt pari inter ſe ſpatio prominerent, effecerat: ad eandem verò propugnacula, quod partim anguſtiora, partim infirmiora viderentur, quàm vt maxima Tormenta, eorumque vim, cùm diſploderentur, continere poſſent, turres alias, itidem ligneas, ex firmiſſimis Trabibus, magno itidem opere factas, opportunis locis, ab interiori parte, interiecerat, magnaque maiorum Tormentorum vi compleuerat, loci facies ab omnibus partibus amœniſſima eſt cum duorum fluminum confluxu, & qua patentibus campis; qua crebris collibus leniter aſſurgentibus, iiſdemque frequenti Iunipero veſtitis, quæ à Voronecia vſque non ſecus ac ſi magna induſtria conſita eſſet huc excurrens, hortorum ſpeciem, loco circumdat, tum maximè monaſteriorum vicinorum frequentia, quæ vltra 40. ex lapide omnia elegantiſſimè extructa, paſſim per vicinum agrum conſtituta ſunt. Celeberrimum ex iis Swatohorenſe eſt, cum religione, à qua ſanctum montem locum eum appellant, tum loci munitione; In rupe enim duriſſima, tribus circiter à Pleſcouia paſſuum millibus ſitum firmiſſima præterea Turri mœnibuſque ad caſtelli modum munitum eſt. Ciuitatis Pleſcouienſis,

in Annalibus Plescouiensibus, qui in Polotiensi Bibliotheca inter alios reperti sunt circa annum ab orbe condito 6412. antiquissima mentio est, quo Thorium filium Rurici Principis filiæ Olga ex ciuitate ea in matrimonium accepisse, ex qua Suentoslaus filius, natus ei sit, memorãt. Inde varia cum vicinis gentibus bella ei intercessisse narrant, maximè tamen Ikolos populos, quorum ab eo tempore, cum imperio nomen quoque interijsse videtur, fœdere cum Nouogardinensibus inito debellasse: cum Sudetibus, qui ea quondam loca tenuerunt, in quibus Derpatum nunc est, & cum Germanis Liuoniensibus, frequentibus prœlijs contẽderunt, cùm vel à suis finibus eos prohiberẽt, vel intra eorum fines bellum gererent. A Germanis capta etiã vrbs circa annum 6750. traditur. Ab Alexandro autem filio Iaroslai, ex stirpe Monomachi, haud multo post in libertatem rursum vindicata, qui profe-ctus ad Batti Principum Tartarorum, auxilijsq; Tartarijs adiutus, cum prælio Liuonienses superasset, ex pacto deinde vrbem recepit; continentia tamen deinceps quoque bella, cùm ijsdem ciuitati fuerũt. Illud satis apparet, eam & opibus plurimum olim valuisse, & priusquam à patre Iohannis Basilio in seruitutem redigeretur, non modo proprijs legibus magistratibusq; vsam, sed quod eo in loco magis fortassis mirandum fuerit, egregiè tamen ijs temepratam fuisse, cum primis Posadniki, quod si verbũ verbo interpreteris Assessores significat, ex quibus Senatus cõstitutus fuerit, numerãtur, in grauiorum rerum deliberationibus, legationibus audiendis dimittendisque: fœderibus sanciendis, eligen-

gendis Principibus: pace denique ac suscipiendo legibus ferendis, populi summa autoritas erat, qui in Comitijs, Viecis ab ijs dictis, quæ ad omnes pertinent, vniuersus iubebat. Secundum Posadnikos, nobilitas honore ijs proxima: tum verò præfecti diuersarum societatum mercatorum, quorum & magna in multitudlnem eo in loco fuisse, eorumq; commercijs, maximè ciuitaté creuisse apparet, qui magistratus etiam ius ac autoritatem habuerunt. Ditionem possederunt amplissimam: ad eamq; Magni Luki, & Isburkum, tum quicquid intra eas est, pertinebat: Prouincias hasce per legatos, Palatinos ab ipsis dictos regebant: his omnibus magistratibus, finita cum potestate Princeps præerat. Eũ seu ad vitandas factiones domesticas, seu quod externo, regnum occupare voléti, facilius restitutos se existimarent, modo à Russiæ, modò à Lithuaniæ Magnis Ducibus, certis conditionibus, ac vt secundum leges suas ius sibi dicerent, petebant. A Lithuanis Dummunthum, Timotheum nimirum, postquam Christianus factus esset, appellatum, circa annum 6774. ac postea filiũ eius Dauidem, accepisse memoratur: posterioribus etiam temporibus, ab Olgerdo filio eius, qui sacris Christianorum initiari voluerit, Andreasque dictus sit, quosdam preter leges sibi imperantes ipsi remouebant. Tãdem cum Russiæ magnis Ducibus conuenerunt, vt certis deinceps legibus eorum maiestatem colerent, Principesque non nisi ab illis, qui tamen secundum patrias leges ciuitati imperarent, quique nominatim à ciuitate petiti essent, acciperẽt. A Basilij cæci filio Iohãne primũ Basilius Suiscius legatus, deinde Basilius

lius filius Plescophiensibus & Nouogardiensibus coniunctim Princeps datus fuerat. Etenim sub idē tempus, Nouogardienses subiugarat, Plescouiensium auxilijs adiutus: quæ illi partim ex fœdere, de quo dictum est, partim æmulatione Nouogardiensium miserant, cùm paulo ante à Liuoniēsibus bello petiti, à Nouogardiensibus spreti atq; destituti, ab Ioanne adiuti fuissent. Atque in eo quidem statu ad annum 7018. ciuitas permansit, quo à Basilio Ioannis filio, libertate spoliata fuit. Imposuerat eis Principem Basilius, Ioānem Michaëlis filium Repkam quem Naidemuni postea appellarūt, vt qui nō petitus, sed vltro quodammodo obtrusus eis esset.

Contra hunc cùm Nouogardiæ forte Basilius esset, misit ad eum ciuitas Legatos, qui querelas quasdam ad eum deferrent. Cùm verò & Ioannes, Nouogardiam ad Basilium accessisset, ipsius hortatu maiorem Senatorum partem, quo præsentibus ijs controuersias eorum minueret, euocat; in vincula deinde omnes conijcit. Plescouiensibus denunciat, vt Consilium omne abrogent campanam insignis magnitudinis, qua ad Comitia obeunda Ordines conuocabantur, ad se mittant, eaque vt facturos sciat, alios plures, ex omnium Ordinum hominibus obsides sibi dent. Plescouienses partim amore suorum inducti, partim ijs rebus, præsenti periculo defuncturos se existimantes, imperata faciūt; Obsides complures alios ad eum mittunt. Quibus acceptis Plescouiam ipse Dux, die mensis Ianuarij vicesimoquarto Oximæ sacro Venit, cui in memoriam rei bene gestæ, templum deinde ibi consecrauit, primoque in ædem Saluatoris, inde Trinitatis, (in

(in cuius tutelam nominatim ciuitas se tradiderat) descendens, Vassiani Episcopi Columnensis, qui eo cum illo venerat, captamque tum vrbem pronunciabat, oratione confirmatus, vrbem diripit: Senatum omnem magnamq; nobilitatis partem, in vincula conijcit: nouisque colonijs immissis, in Moscouiam secum abducit: vt non pauci tum essent è nobilitate, qui, ne patria mouerentur, religioni ac societati alicui religiosorum fratrum se mancipa-rent. Ab eoque tempore in durissima seruitute ciuitas permansit. Dum Plescouia, ab rege Poloniæ Stephano obsideretur, erant in ea Equitum vltra septem millia: peditum, cum ijs, qui ex oppidanis militares operas inter milites obibant, ad quinquaginta millia fuisse constat: vrbanæ multitudinis totidem. Eius obsidionis hic exitus fuit. Moscus cùm pręter expectationem suam, minus advoluntatem res ad Plescouiam fluere; ac ne summam quidem cùm aliarum ferè omniũ, tum frigoris difficultatem, obsidione Polonos reuocare intelligeret, pactus est cum Polonis vasa sacra, Derpato ac Nouogrodeko tollere Moscis liceret, nec Episcopus sacerdotesve eorum contumelia afficerentur, vniuersa Liuonia quam in sua potestate habebat decederet. Rex Poloniæ econtra, Lukis, Sauolocia, Neuela, alijsque castellis nonnullis, quæ superioribus annis ab hoste ceperat (Velisio ac Polotiensi agro omni excepto) Mosco cessit.

ITER AVGVSTA VINDEL. VORONECIAM & NOVOGARDIAM.

Opoczka in itinere præcedenti numer. mill. 252.
o. *VVoronocz* 6. Simul 258.

VORONECIA vulgo VVoronotz oppidū ſupra Sauolociā ad Soucā fluuiū ſitū eſt, propterque fluminis eius oportunitatem, quod in Velicam flumen, indeque ſub Pleſcouia in lacum Pelbam, ac Sinum Finlandicum influit, commercijs ac habitatorum numero amplum olim fuit. Caſtrum quod adiunctum habuit, in tot vicinorum ac munitiſſimorum aliorum copia, deſertum à Moſcis fuit.

Friburg 5. *VVlodimirzecz* 3. o.*Parchovv* 7.
Opacza 5. *Kneſcenicze* *Solcza* *Mzicza* 7.
Dvverenbutig *Rusnoua* o.*Nouogardia* 12.
Simul 38.

NOVOGARDIA vulgo Nougerod nobiliſſima & locupletiſſima ciuitas, cęteras partium Septentrionalium præcellit: magnitudine ſua hæc Romam ſuperat, licet ædificia maiori ex parte lignea habeat. Diſtat autem hæc ciuitas à mari Balthico 200. circiter milliaria: à Moſcouia occidentem æſtiualem verſus mill. 120. à Pleſcouia 36. à Iuanogroda 40. Fuit olim cum toto ſuo dominatu, ſub ditione Lithuanorum, & per vim capta fuit à Ioanne Baſilij, Duce Moſcouiæ, Anno ſalutis 1477. Eſt hæc regio multo frigidior ipſa Moſcouia, atque perpetua quaſi Hyeme, & tenebris longiſſimarum noctium premitur: ibi enim in ſolſtitio æſtiuali longiſſimus dies eſt 20. prope horarum, nocturnæ vmbrę ſunt ferè nullæ: Sol enim non profundè ſub horizontem verſus, ſerò crepuſculum mox nulla nocte intermedia diluculum efficit. Eſt etiam ibidem lacus Ilmen in longitudine 18. milliarium Polononicorum patens, in longitudine verò duodecim, Gens olim humaniſſima, ac honeſtiſſima erat,

nunc

nunc procul dubio peste Moscouitica, quam commeantes secum inuexerunt, corruptissima est.

ITER AVGVSTA VINDEL. SMOLENCIVM & MOSCOVIAM.

Vilnam in itinere præcedenti vsq; numerantur mil. 182
Mednick 4. *Osmiana* 4. *Crevva* 4. *Naßilovv* 5. *Molodzeczno* 2. *Crasneßola* 2. o.*Radosʒkovvicʒ* 3. *Salomicʒ* 3. *Kelodʒci* 5. *Kamaka* 4. *Brodnia* 4. o.*Borissovv* 5. *Bohr* 11. o.*Odrnczk* 3. o.*Orßa* 4. o.*Dubrouna* 4. o.*Smolenck* 12. Simul 261.

SMOLENTIVM vulgo Smolenck vrbs est insignis, cingitur vndique collibus & syluis vastissimis, ex quibus pellium diuersarum multitudo prouenit. Smolentij aggeres, quos ab vna parte alluit Boristenes fluuius, triplex eius munitio, editioreque in loco supra montem Arx, vna cum templo facesserent negotium oppugnantibus foraminibus est repletus, vt minoribus Tormentis arceri possint, si qui tentauerint irruptionem.

Drohobus 14. *VViasma* 9. *Mosnick* 20. *Moszkovv* 20. Simul 63.

MOSCVA vulgo Moszkow ciuitas, magni Moscouiæ Ducis Regia triginta hominum millia, pueris sexuq; vtroque numerato non censetur. Nam quantacunque ciuitatis species adeunti incurrit in oculos, accedenti tamen proprius (ne dicam postea ingresso) ipsæ domus multũ terræ spacium occupant, platearumque, ac non vnius fori amplitudo ambitusq; ipse sacrarum ædiũ (quæ ad ciuitates ornandas potius quam ad cultum extructę esse videntur, cùm toto pene anno plerunq; sint clausæ) certiorem veritatis fidem efficiunt. Et erat sanè Ioan-

ne Basilio Principe augustior ac numerosior Moscua, sed anno præsentis seculi septuagesimo, à Tartaris concremata, incolis plerisque incendio absumptis, res omnis in angustiores terminos adducta est. Extant vestigia maioris circuitus, vt qui octo vel nouem fortasse fuisset, iam vix quinq; millia passuum impleat: cùm & boues & vaccæ, cæteraque id genus animalia, quæ quotidie ducuntur ad pascua, in domibus ciuium habeantur, quarum pleræque sepibus & viminibus circumseptæ faciem Europæ rusticanarum referunt. Sed in ipsis duabus Moscuæ Arcibus, quarum altera alteri hæret, splendidius quiddam est: Alteram enim insigniora aliqua templa, ex latere confecta (cum reliqua tépla ciuitatis lignea sint) Palatiumque Principis: alteram verò nouæ officinæ, quæ suas plateas, suis quibusque opificijs distinctas habent, vtcunque exornant. At cùm eædem officinæ exiguæ sint, vniusque Venetæ officinæ plus mercium appareat, quam in Moscuę integra platea seruetur: neque verò easdem ferè incolant, quippe qui domicilia in ciuitate habent, rem quanti sit, non obscurè indicant. Smolencium autem, Nouocardiam & Plescouiam eodé populi numero censeri putatur: vt certè summum viginti hominum millia earum singula (cum bello non est) habeat. Ac quidquid amplius præ se ferunt, frequentiores tamen esse haud putantur: easdem nempe ob causas (quas dixi) & ob ædium ac domorum ingentia spacia: sed legatis aduenientibus rustici, qui in pagis, agrisque habitant, Principis iussu accurrentes, frequentiam ostendunt.

ITER

ITER AVGVSTA VINDEL. CRACOVIAM.

Pragam vsque numerantur mill. 45.

Bisschovve vsque in itinere Praga Vratislauiam numerantur mill. 10.

Jaromiz 3. *Lesin* 2. *Reinhard* 1. *Glotz* 2. *Neideck* 1.
Patschaka 2. *Zigenhals* 3. o.*Gloga* 4. *Rosla* 3.
Pilkovvitz 4. o.*Bendzin* 5. *Slaukavv* 2.
Scedlitz 3. o.*Crackavv* 3. Simul 93.

Aliud iter CRACOVIAM per RATISBONAM, OLMVNTIVM, inde CRACOVIAM.

Ratisbonam vsque numerantur mil. 17.
o.*Tunastauff* 1. o.*Mariazel* 1½. o.*Valkenstain* 1½.
Kolfing 1. *Metzing* ½. o.*Chamb* 1. *Kotzmasing* 1.
Furt 1. *Schachten* 1. *Taintz* 3. *Grimberg* 4.
VViltscitz 1. *Bohmul* 5. o.*Tabor* 1½. *Parzovv* 3.
Hompoletz 2½. *Thorn* 1. o.*Deutschenbroda* 1.
Neustetel 4. *Bistritz* 2 *Kunstat* 2. *Boskovvitz* 1.
Keltaletz 3. o.*Olmuntz* 1. Simul 6½.
Fistritz 3. o.*Leupnick* 2 o.*Hranice germ.*
VVeiskirch 1. *Nevvkirch* 1. *Nevvtetschen* 1.
o.*Ostravva* 4. o.*Freistat* 2. o.*Strumen Germ.*
Schvvartzvvasser 2. *Psczina Germ.* *Pletz* 2.
o.*Oczvviecziu* 3. *Lipovviecz* 3. o.*Crackavv* 5.
Simul 90½.

CRACOVIA vulgo Krackaw, regni Poloniæ Metropolis, & regum domicilium, sedes ac ordinaria; splendore & frequentia ædificiorum, & rerum omnium ad vitam pertinentium copia: Hominum multitudine, elegantia & ciuilitate: Emporio omnis generis mercium exoticarum & nome,

mesticarum,& Academia ferè in toto regno vnica, hoc tempore florens. Tetrapolis seu potius Pentapolis est,cui a Meridie Casimiria oppidum,peculiari muro cinctum, ponte ligneo, interlabente Vistula iungitur. Inter pontem & vrbem Stradomia oppidulum,quod Vistula tribus lateribus,ambiés, & Rudaua ad reliquum latus in Vistulam delabens; Insulam efficit. Ad Boream suburbium est: Clepardia, ad Africum in Vanelo monte seu rupe arx ampla, Vistulæ & Stradoniæ,imminet,magnificis Regij Palatij Basilicæ D.Stanislai, & præterea duobus templis,& alijs ædificijs ornata: & mœnibus & turribus vndique cincta.

FINIS.